



**Annotationes et antitheses Joannis Cohlæi, in quædam
scripta, & Propositiones Collocutorum Wittenbergensium. :
opposita iuxta seposita magis elucescunt.**

<https://hdl.handle.net/1874/423529>

ANNOTATIO,
NES ET ANTITHESES
Ioannis Cochlaei , In quædam scripta , &
Propositiones Collocutorum Vuit-
tenbergenium.

O P P O S I T A I V X T A S E
posita magis eluescunt.

I N G O L S T A D I I E X C V D E B A T
Alexander Vueissenhorn.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

M. D. XLVI.

REVERENDIS. IN CHRISTO PATRI SC

Domino, Domino Ioanni Morono S. R. E.

Cardinali, Sedis Apostolicæ legato

Bononiensi, Episcopo Mutinensi

&c. Ioh. Cochlaeus,

S. P. D.

R Euerendissime in Christo Pater, ac Domine, Patrono Colendiss. Cum non sit alius, ex omnibus S. Ro. Ecclesiæ Proceribus, & ex purpurato Sedis Apostolicæ senatu, cui ego familiariter intus (quod aiunt) & in cutesim notior, quam esse me arbitror Reuerendiss. Domini nationi & Amplitudini tuæ, quæ paruitatem meam gratiolæ ubique in familiarem noticiam, & conuersationem admisit, Viennæ, Pragæ, Budissinæ, Hagenoiaæ, Vuormaciæ, & Ratisbone, quando Nuncij Apostolici cum potestate, Legati de latere, apud Sereniss. Regem Romanorum &c. Clementiss. Dominum meum, funz gebatur officio, ac probe nouit, quo ego semper fuerim animo pro afferenda contra reproba haereticorum doctriñata, & fide Catholica, & S. Ro. Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ autoritate, A qua sane dependet non solum pax totius Ecclesiæ, sacrique Ro. Imperij tranquillitas, utrum etiam sempiterna salus animatum.

Sicenam ait ad Damasum Papam S. Hieronymus, *E* Verba S. go nullum præmium nisi Christum sequens, Beatitudini Hieronymi. tute, Id est, Cathedræ Petri, communione confocior, Su-

AA ij per il.

per illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est, si quis in arca Noæ non fuerit, peribit, regnante diuino. Quicunque tecum non colligit, spargit, Hoc est, Qui Christi non est, Antichristi est. Et ad eundem in alia epiz stola. Ego (inquit) interim clamito, si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est. Et in tractatu contra Luciferianos idem Hiero. sic ait. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate ac ueneratione consistit, cui si non exors quædam, & ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesijs efficientur schismata, quot sacerdotes.

Hæc terribilia tanti doctoris uerba semper sonant ac tonant in auribus meis, sollicitumque ac tristem reddunt, dum consydero, quot Milia animarum in Germania atque etiam in nonnullis Regnis, & prouincijs Aquilonaribus per nefaria hæreticorum schismata, quibus a communione, & obedientia Sedis Apostolice abstrahuntur, & seperantur tam multi populi. Et ira Dei in patriam prouocatur per impia, & blasphemæ in summum Pontificem, & sacerdotem Dei, Vicarium que Christi, & supremum atque Vniuersalem in terris pastorem animarum, conuicia, mendaciaque, & calumnias hæreticorum, Cum quibus tamdiu frustra per uarios Imperij Conuentus, Tractatusque, & Colloquia clementer ac benigne agitur, Ex quibus illi nihil meliores aut tractabiliores sunt, sed proteruiores indies magisque rebelles & obstinati redduntur.

Causæ tristitiae. Id quod R. D. tua probe per longam experientiam compertum habet, ac meminisse potest, quid causæ disserim ei, quando Ratisbonæ aliquando ex me interrosgaret, cur tam tristis essem atque ita macilentus apparebam,

rem, quasi tabesceret in me anima mea. Certe nō absq; cau-
sa sic tristabar, Videbam enim uana diuturni colloquij ex-
pectatione tempus rerum bene gerendarum male amitti,
& Cæs. Maiestati in Aphrica, & Regiæ Maiestati in Vn-
garia, atq; interim hæreticos uenena sua Indies latius per
Germaniam diffundere, pluresq; populos in fide, & obedi-
entia subuertere, Dum nihil omnino fructuose per collos
quium illud ageretur, Spargebant aduersarij uarios in pu-
blicum libellos, & post peractum Colloquium quædam
scripta circa fidei articulos superba præsumptione, uelut
censoria autoritate proponebant, ac ipsimet Cæs. Maiest.
offerre audebant, tanquam sacrosancta, & prorsus Euangeli-
ca, ac omnibus acceptanda.

Ego, cum doctiss. Theologus noster D. Io. Eckius clas-
ræ memoriæ eo tempore graui teneretur febre, priuatim, et
ex tempore, scripsi tunc Annotationes, & Antitheses qua-
dam, sed cum non esset mihi illuc tunc ædendi oportu-
nitas, uisum est mihi eas nunc, quando rursus illuc peragen-
dum est colloquium, in lucem euulgare, ut uideant Catho-
lici, quam facile sit, nugacibus aduersariorum commentis
ex sancta scriptura antidota opponere, quibus Catholicæ
fidei ueritas confirmetur. Quoniam uero nihil literarum
toto hoc Quinquennio a R. D. tua recepi, nec satis scio,
an meæ, quas priuatim misi ad manus tuas peruenierunt,
nec ne, uisum est mihi, hunc libellum Celsitudini tuæ dedi-
care, si forte publica æditio facilius ad manus tuas peruen-
tura sit, quam Epistola priuata, Ne uidear tuæ erga me gra-
tiae ac beneficentiae prorsus immemor, & per uitium (quod
absit) ingratitudinis oblitus.

Boni precor consulat hoc meum obseruantæ studium
R. D. tua, & sibi persuadeat, mihi nunquam etiam, ad al-

tare dei stanti , in tremendis mysterijs , & agni immaculati
oblationibus, sui memoriam excidere, quantumuis impu-
gnent ac blasphemant Missas aduersarij nostri, Quibus sa-
ne meliorem precor, & opto mentem, ut cogitent, unde ex-
ciderint, agantq; poenitentiam de tantis malis quæ impia
rebellione sua in patriam , & Imperium inuexerunt. Bene
ualeat Amplitudo tua Reuerendiss. Domine, cum
tota familia sua, ac memor sit (ut facit) Germana-
niae in bonum, Ex Eystet ciuitate, Quar-
to Nonas Decembris M.

D. XLV.

RESPONSIO

RESPONSIO IO. COCHLAEI IN DVAS

*Præfationes Phil. Melanchthonis, super
acta Colloquiū Ratisbonensis.*



HILIPPVS MELANCHTHON libello, quem Acta in conuentu Ratisbonensi inscripsit, duas adiecit præfationes, unam libro à Cæs Maiestate oblato, alteram Annotationibus quas ipse, & complices eius contra quosdam illius libri articulos posuerunt, Differit in utraq; de Ecclesia, quam suæ arrogat, & nostrę abrogat parti, licet non ignoret, quam superbe reiecerit Ecclesiæ autoritatem Lutherus iam olim, quando nobis Catholicis insultans, & de verbo Dei sese iactitans, docebat suos contemnere has rogāda missas, Ecclesia Ecclesia Ecclesia. Concilia Concilia Cōcilia, Patres fa. Patres Patres. Et satetur ipse Philippus, Lutherum fuisse unum, qui nouę huius Ecclesiæ autor est, Ecclesia autem Christi uera, non à Luthero, sed a Christo inchoata est, & ante Lutherum tot seculis Christum coluit.

Quam imprudenter itaq; iactiter, toramq; lectam suam accuset, Imprudens ac proprio iudicio condemnnet, ex ipsiusmet verbis, quæ in postes iactantia. riore habentur præfatione, prudens lector facile intelligit. Sic enim L.I. ait. Si enim ad sensi esse mus (inquit) non licere priuatis, aut paucis, dissentire à superioribus ac pluribus, iam nostra uoce, & nos stris suffragijs nos ipsos condemnassemus, Cur enim Lutherus unus errores Pontificum, & Scholarum attingere ausus est? Cur nostra Ecclesia cum sequuntur, ac non potius tot seculorum, Pōtificum, & Scholarum consensum? Hæc ipse Phil. Quomodo au tem excusat, aut defendit, quod Lutherus ita dissentire ausus est à consensu tot seculorum Pontificumq; & scholarum?

Dicat nobis, si potest, ubi ante Lutherum uera fuerit Ecclesia Ecclesia anno Christi. Si ergo laudat Lutherum, quod à Pontificibus, & Scholaris te Lutherū. Concilijsq; post tot seculorum publicum consensum, unus ipse dissentire

In Priorem Philippi Praefationem

dissentire ausus est, Cur reprehendit Anabaptistas, & Suermeros,
quod à Lutherō, cuius Ecclesiae (ut ipse uocat) uix Quinque, aut sex
annos durauerant, dissentire auli sunt? Cur tacet de Zuinglianis,
qui uehementer acribus, & in publicum euulgatis disputationibus
à Lutherō dissentire non uerentur? An non est imprudenti hoc
suo iudicio iniquissimus acceptor personarum, & sectae suæ pro-
ditor atq; condemnator? Tacet de Zuinglianis, qui Lutherum pri-
mo secuti sunt, & paulo post non solum deseruerunt, sed etiam acri-
ter æditis librís impugnauerunt, Queritur autem de nobis Catho-
licis, qui Lutherō nunquam adhæsumus, sed rebellem, & pertinac-
em eius dissensionem semper reprobauimus, quam & multispli-
citer ex proprijs eius uerbis redarguimus.

Dissentire à Lutherō. Dicat ergo nobis causam, si potest, Cur licere debeat Lutherō ita
dissentire à tot sæculorum omniumq; Christianæ religionis Na-
tionum publico consensu, Licere autem non debeat pari ratione
Zuinglianis à Lutherō, & Anabaptistis à Lutherō pariter, et Zuin-
glio, dissentire, præsertim cum palam sit omnibus, quam sæpe ac
varie dissentiat idem Lutherus à semetipso, Id quod Clichtouel
Antilutherus, Antilogia, Io. Fabri, claræ memoriae Episcopi
quondam Vienensis, & Septiceps Lutherus meus, ex proprijs ei-
us uerbis in permultis articulis clare demonstrant, & conuincunt.
Quid, quod in ipsa Vuittenberga non pauci reperti sunt, qui à Lu-
thero palam dissentierunt?

Carolstadi us. Si iudice Philippo licuit Lutherō in tam multis articulis dissen-
tire à Papa, superiore suo (cui multiplici Iuramento erat obstris-
etus) & à synodis Generalibus Catholicam Ecclesiam reprehensio-
nibus, Cur miser Carolstadius à Lutherō uel in paucis dissentientibus,
expulsus, & proscriptus fuit, cum esset Lutherus nihil inferior
nisi quod obtusioris erat ingenij, quem Lutherus paulo antea ip-
sum libimet prætulisset? Cur egregie doctus vir Georgius Vuicelius
duro carceri mancipatus fuit, quando ex S. Patrum lectione
melius eruditus, depræhensis Lutheri erroribus, ab eo dissentire
coepit? Quid contigit Vuittenberge Poeta Lemnio, quid Anti-
normis, quid Ioanni Agricolæ, quid alijs plerisque haud indoctis ui-
ris, qui uel in modico à Lutherō dissentire coeperunt?

**Dissentiores
inter Luth.
& Phil.** An non dissentit ab eodem aliquando spesem Philippus? No-
uist ipse, quid scriperit nonnullis Poloniz Episcopis, quid illustriss.
Principi Electori sç. re. Joachimo Marchioni Electori Patri, quid
Auguste

Annotationes Io. Cochlat.

5

Augustæ in Comitij Cardinali Campegio legato, uiro semper
tena memoria digno, quid plerisq; alijs doctis in Italia, & Gal-
lia uiris, quos fraude simulationis, & uafricie blandiciarum sen-
tentiaeq; inconstantia egregie decepit. Nam & ipse ualde insta-
bilis est in suis opinionibus, Quemadmodum perspicue depræ- Inconstan-
tenditur in eius Locis communibus, & in annotationibus super tia Phil.
epistolam Pauli, ut de reliquis scriptis eius taceam, Vsq; adeo
namq; dissentunt ab inuicem prior, & posterior æditiones eius-
modi scriptorium eius, ut lector possit haud immerito suspicari,
contrarios fuisse eorum librorum autores, Cumq; Lutherus prio-
res eius in Paulum annotationes supra omnium S. Patrum com-
mentarios longissime extulisset vanissima impudentia, adeo ut iz-
psum Philippum Paulo uel æquaret uel certe præ omnibus pro-
ximum esse diceret: ipse tamen Philippus ita prætulit posterio-
res annotationes suas, ut priores negaret esse suas, quamuis eas
publice toti auditorio dicasset.

Cum sint igitur homines in doctrina ualde lubrici, et inconstans Nomen Ca-
tes, ambo, Lutherus (inquam) & Philippus eius, non uerentur tholicæ Ec-
tamen Catholicæ Ecclesiæ (quæ est ueritatis basis, & columnæ a clesiæ.
Paulo dicta) uenerabile nomen abrogare ijs qui sedi Apostoliæ Vanitas ar-
æ, & R. O. Ecclesiæ tot seculis in fide consentiunt, illudq; Sectæ rogantiaæ,
Lutheri (quæ nondum 30. annos haberet) cæco superbæ suæ iu-
dicio arrogare, & speciosissima quæq; nomina isti sectæ suæ uen-
dicare, Verbi gratia, Regnum Dei, Donū Dei, Euangeliū, luce
Euangelij, cælestem doctrinam &c. Catholicis uero imputare tur L. iii.
pissima quæq; uocabula, Habeant (inquit) sibi suam Dædale-
am domum, regna, iniustas leges, superstitiones cultus Idolomar-
nitas, aucupia pecuniaæ, Luxum, Quid attinet a nobis perere ea-
rum rerum adprobationem? Et in fine posterioris præfationis
suæ, quasi patriæ per sectas tot periculis, & incommodis abnoxiat
factæ condoleat, sic ait, Video quid dissensio noceat patræ, & do-
leo eorum, qui communi animo defendere patriam debebant, uo-
luntates distractas esse, sed non minus doleo, conferri causam
omnium calunitatum in hoc donum Dei, uidelicet in Euange-
lij lucem, cum reuera aliae sint odiorum causæ, Hæc ibi. Quonia
vero longum tædiosumq; foret, singula ambarum præfationum
(que nullam ueritatis curam aut respectum, sed solummodo uer-
borum Phaleras & fucos præferunt) uerba d. scutere, ad pauca

BB

breuiter

In Priorem Philippi Praefationem

breuiter excerpta respondere est animus, ut certius ac citius uides
re queat lector, quid super ijs iudicare debeat.

Philippus.

A.ij.

Etsi semper Ecclesia non leuibus certaminibus, et ærum-
nis exercetur, tamen in hac postrema ætate durissime
quassatur. Nunquam tot ac tam saeva genera calamita-
tum concurrerunt.

Ita prædictit nobis ipse Dominus, Ioh. xvi. Hæc (inquit) lo-
cutor sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressus
Fœlix ante ram habebitis, sed confidite. Ego uici mundum, Bonam profes-
Lutherum &o habebamus pacem in Christo, ante XXX. annos, quan-
in fide Vnaudo nondum erat nobis notum Lutheri nomen, quia & inter nos
nimitas. & cum alijs Christianæ religionis Nationibus in fide, & religio-
ne unanimes eramus, idipsum dicentes & sentientes omnes, quod
dixerant ac senserant ante nos p̄ij maiores nostri, & erat feliciz-
ter multitudinis credentium cor unum, & anima una. Hanc us-
nitatem disruptum primum Lutherus, Deinde audaciam ejus,
dum impunita maneret, alijs secuti, tot tamque diuersas perditio-
nis sectas introduxerunt, Quibus durius afflita, & uastata est
sectis inuectiam supra XXV. annos perpetuo misera Germania, tot euer-
sta. ac desolatis Deo consecratis domibus, Templis & Monasterijs,
ut in ipsa Constantinopoli, Regia nunc sede Turcarum, plures
reperiantur hodie Christianorum sacerdotes ac Monachi, qui
Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum die noctisque
laudent ac deuote colunt, quam reperiiqueant in plerisque ma-
gnis Germaniae ciuitatibus, In quibus totæ noctes à Dei lau-
tibus nunc mutæ sunt. Horum autem malorum non Ro. Pon-
tifices sed Lutherus, & alijs nouarum sectarum autores, causas
præbuerunt.

A.ij. Phil.

Multis seculis pene prorsus extincta Euangelijs luce,
magnæ in Ecclesijs tenebræ fuerunt, & grassatae sunt non
leues Idolomania. Has defendenterunt Pontifices, Episcopi
& eorum satellites.

Coc. Blasphemum est dicere, uel uno die (ne dicam multis seculis, ut dicit hic Philippus) extinctam fuisse in Ecclesia Catholica Euangelijs

Annotationes Io. Cochlati.

6

Euangelij lucem , quia manifeste repugnat sacrosanctis Chri- Lux Euangeli in Eo
sti promissionibus , Ipse enim cum sit uerulux mundi , dixit Ec- ce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummatio- nem seculi . Item . Et ego rogabo patrem & alium paraclitum per- dabit uobis , ut maneat uobiscum in aeternum , Spiritum uerita- tis . Et ad hunc recte ac pte dicit Ecclesia , O lux beatissima , re- ple cordis intima tuorum fidelium . Cæterum Idolomanias Ec- clesia nullas habet , nec ulla defendunt Pontifices & Episco- pi , multas autem & graues introduxerunt nouæ sectæ , De quibus forsitan paulo post non nihil dicetur , ubi de Eucharistia dicendi locus erit .

Christus uult pios bellatores defendere Ecclesias , po- A. iij. Phil. litias , leges , disciplinam , aduersus Turicum furorem . III.
Sed ut est infirma & dissipata uera Ecclesia , ita segni- ter præliatur .

Blasphemum & hoc est , dicere ueram Ecclesiam infir- Coc. mam , & dissipatam . Blasphemantur enim per hoc uerba spi- Can. 6. ritus sancti , qui de Ecclesia uera in Canticis sic ait , Pulchra es amica mea , suauis & decora sicut Hierusalem , terribilis ut castrorum acies ordinata . Item una est columba mea , perfe- Ave uiuens etia mea . Si est ergo sic terribilis , quomodo infirma ? Si una , hostia . quomodo dissipata ? Sed rectius dicimus nos , quando in altari sacra eleuantur hostia (quam nunc barbarissime blasphemant , & Mamaluchice abnegant nouæ sectæ) Ave uiuens hostia , ueritas & uita , In qua sacrificia cuncta sunt finita , per te patri gloria datur infinita , per te stat Ecclesia iugiter mu- nitia . Quomodo autem in nouis sectis defendantur nunc Ecclesiae , legesque , & disciplina , ex factis earum nobis nimis notum est Prohdolor , & compertum , tot dirutis templis & Mo- nasterijs legibulç & imperialis Cameræ Iuribus & sententijs co- cultatis , populisq; multis abiecto Dei timore , ad omnem luxum pompare superbiæ , & licentiam dissolute inclinatis .

Sed Imperator Carolus parci uoluuit patriæ , & ut Ecclesie A. iij. Phil. siastico more dijudicarentur controuersia dogmatum , ius III. sit cogi Synodos . Sed Pontifices uident , si pijs , & doctis .

BB ij conces

In Prelorem Philippi Praefationem
concedant sententiae dicendae libertatem, regnum & opes
uenire in discrimen.

Coc. Quam pius est Imperator noster, & erga religionem Catholice
Imperator. cam & erga patriam nostram, tam religiose infestus est impensis
Synodus. haeresium, & seditionum incitatoribus & nouarum sectarum pro
pugnatoribus, in regnis & prouinciis ubique suis, Et pie quidem
procurauit iam pridem cogi Synodos a Ro. Pontifice. Nemo au
tem contumacius recusauit ad synodos uenire quam Lutherus,
& complices sui, sicut ex scriptis eorum in publicum euulgatis
manifeste constat, Nec ulli mortalium iniquius detrahunt Synod
orum autoritati quam faciunt Lutherus, Philippus iste & Buce
rus. Nullum sane est regno & opibus periculum a Synodis, sed
a sectis, quae & Imperij statum seditiose conturbant ac diuidunt,
& Ecclesiasticorum opes sacrilega rapacitate diripiunt, ac totas
deuorare cupiunt.

A. iij. Phil. Magna profecto est impietas, obliuisci homines tot saec
culorum delicta, & accusare Euangelium, accusare Deum,
V. qui ne funditus periret Ecclesia, pro sua immensa clemens
tia, rursus accendit doctrinam salutarem, quam constat pe
ne extinctam fuisse, De hoc tanto munere ingrati homines
uno conqueruntur, Hoc iubent nos abiucere, ut patria des
fendi possit:

Coc. At longe maior est impietas, in tranquillum Ecclesiae statum
Impietas. immittere tam turbulentas, et iam olim antiquitus damnatas her
reles, Et adhuc multo maior est ea impietas, qua indoctis Laicis
a sceleratis Apostatis, Luthero & Bucero eorumque complicibus,
tam nefaria, seditiosa & antea in priscis, & barbaris haereticis (uer
bi gratia, Leonistis, Pighardis, Dulcinistis, Vuclephitis, Taboris
tis &c.) persepe damnata haereticae fraudis, & prauitatis dogma
ta, pro salutari arcu cælesti doctrina, proque uero Christi Euangeli
o gelio uendantur, per quae tot corruptiones veteris disciplinæ &
antiquæ deuotionis in patriam introductæ sunt, quibus male du
rantibus, Germania in unitate fidei pacificæ, & religionis salua co
sistere nunquam poterit, Tum quod ira Dei semper super incre
dulos, & perfidos permanebit, Tum quod sectæ inter seclæ diuerse
pacem,

Annotationes Io. Coe.

pacem, & unitatem neq; secum neq; nobiscum habere poterunt.
Expedit igitur, & ad patræ Imperijs pacem, & tranquillitatem
reparandam summe necessarium est, istas saeculi nostri sectas, non
Euangelij lucem, funditus extingui ac eradicari, sicut foeliciter ex-
tinctæ sunt haereses Leonistarum, & Vuiclephitarum, à quibus iæ
sæ sua mutuatae sunt dogmata.

Sed in hac uita Ecclesia premitur tyrannicis iudicijs, Vi A. iij. Phil.
tam, corpora, fortunas pro communi træquillitate magno VI.
animo adducit in discrimen, sed abijcere ueritatem non
potest.

Premitur quidem Ecclesia tyrannicis iudicijs, sed non à Catho- Coc.
licis Regibus, & Principibus, qui memores sunt exempli Con- A quib. pre-
stantini, Theodosij, Caroli Magni, S. Henrici, Imperatorum, atq; mitur Eccle-
Ferdinandi, & Elizabetæ Hispaniarum regum, ad seruendum sia.
Deo in timore, Non à talibus inquam tyrannice premitur, sed à
Turcis, & Tartarîs, atq; ab ijs Principibus Regibusq; , & Magis-
tratibus, qui fraude Apostatarum circumuenti, praua etiam an-
tiquorum hæreticorum dogmata pro Euangeliō acceptant, uiq;
& proscriptionibus subditos suos ad ea acceptanda cogunt, & ar-
mata manu ea non solum defendere sed etiam ampliare ac in or-
bem dilatare satagunt.

Sed si quis putat sanari hoc malum fucosis conciliationi A. iij. Phil.
bus dogmatum, longe fallitur, Qualia autem sint inuolu- VII.
tra, passim sparsa in librum, prudens lector facile agnoscet.
Neq; tamen impedio, si quiem delectant hæc Vlyssea artifi-
cia, quo minus fruatur.

Hic libenter Philippo consentio, Semper enim displicuit mi- Coc.
hi, agere minus aperte cum hæreticis, & praua eorum dogmata, Quomodo
rhetorico uerborum fuco adornata, in disceptationem admittre-
re, sub noua eorum loquendi forma, Mea est igitur sententia (fi-
quis eam requirit) ut de cætero planis, & usitatis uerbis Ecclesiæ
doctrina hæreticis proponatur sub certis articulis, Quales illi sa-
ne sunt, quos Louanienses composuerunt Theologi, & Cæsarea
Maioræ consilio, & assensu fidelissimorum Principum, &
Confiliariorum suorum religiosa constantia, & pietate appro-
bavit, suisq; fidelibus subditis acceptâda per publicum Edictum

In Priorem Præfationem Philippi,

promulgavit. Indignum profecto est, ut Catholici, relicta Ecclesiæ loquendi forma, eos in Concordiæ tractatum articulos admittant, quos aduersarij prophanis Poeticarum uocum nouitatis ad circumueniendos, & contra Clerum incitandos laicos faciliter adornant, & in medium proponunt, Sic enim ait Apostolus. O Timothee, depositum custodi, deuitans prophana uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promitteentes circa fidem exciderunt. Item, Prophana autem, & uaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.

Hæc breuiter ad quædam prioris Præfationis dicta Philippi respondere uoluī, multa breuitatis intuitu præteriens, Quæ autem in posteriore habentur præfatione prolixiora sunt, superius a me summatim confutata, & iampridem tustiori tractatu refutata in nouissimis Duabus Philippicis meis, ad quas lectorēm, cui hæc paucula non satisfaciunt, remitto. Ut uideat autem candidus lector, quam lubrici, & inconstantes, niziumq; sibi ipsiis placentes sint sectarum propugnatores (cum quibus plus satis benigne esse cū est, per diuersa quidem colloquia, maxime vero per nouissimum, quod Ratisbonæ anno Domini 1541, magna fane cum iactura, & temporis, & rerum gerendarum ab Inuictissimo Imperatore nostro) uisum est mihi operæ precium fore, ut hoc tempore, posteaquam in Vuormaciensi nouissimo Recessu Imperialino, cum iterum promissum est Ratisbonæ habendum Colloquium, ædantur paucæ quædam annotationes, quas tum in Protestantium IX. scripta, tum in aliquot articulos Vuitenbergæ dispūtatos, Ratisbonæ, illius Colloquiū tempori, extempoz raneis lucubrationibus quibuldam, in margine adieci.

ANNO TA-

1. Timo. 6.

2. Timo. 2.

Annotatio-
nes Ratisbo-
nae olim
scriptæ.

ANNOTATIO. NES IO. COCHLAÆ I CIR. *ca scripta quædam Collocutorum partis Protestantium.*

Scriptum Primum, signatum per literam A.

De autoritate Ecclesiæ.



Ræcipienda reuerentia post Deum, & uerbum Dei, debetur ^A ecclesiæ, quam Deus adeo dilexit ut filium unigenitum uictu[m] pro ea esse uoluerit, quam donat. Spiritu suo, in qua celebrari uult in uita eterna, Est igitur pietas ★ ingenuo, & Alias ★ dili grato pectore omnia dona quibus ornata est, colligere, & genter, considerare quam mirabiliter eam inde usq[ue] ab initio Deus rexerit.

Habet filium Des saluatorem, Euangelium, Spiritum Ecclesiæ do Sanctum gubernatorem, habet ministerium per patres, pro na phetas, Christum, & apostolos propagatum, habet Pasto res, & ius vocandi ministros ad propagationem, & conser vationem Euangeli, habet dona excellentia, intellectum, et interpretationem doctrinæ diuinitus traditæ, qua est sapientia archana, ^B aliena a iudicio rationis de Dei uoluntate sicut dicitur Ephe. 4. dedit alios Apostolos &c. habet & administrationem Sacramentorum, & suam quandam ius risditionem, & sua Iuditia, sed semper tenenda est regula, maiorem esse authoritatem uerbi diuinii, nobis propositi in scripturis propheticis, & Apostolicis, quam ullius homis

In scriptum Protestantium Primum
nis, ullorum episcoporum, ullarum Synodorum, aut totius
ecclesiae.

Triplex Ec^s. Agnoscimus autem hanc triplicem auctoritatem com-
clesiae autem petere ueræ ecclesiae primum testificandi de scriptis Aposto-
lícis, seu discernendi apostolorum scripta, a suppositiis. Cū
enim circumferrentur titulo apostolorum dissimiles libelli,
retenti sunt h̄i quos meminerant ecclesiae, certo traditos es-
se, ab Apostolis seu fide dignis authoribus postea uniuersa-
lis consensus, his retentis, repudiauit alia dissentientia, Nar-
rat enim Eusebius singularem adhibitam esse curam con-
seruandi scripta tradita certa autoritate, & discernendi a ce-
teris temere sparsis.

Etsi igitur singulare opus, & beneficium Dei est, conser-
uatio certorum propheticorum, & Apostolicorum scripto-
rum, tamen agnoscenda est hic, & diligentia, & authoritas ec-
clesiae, quæ partim testificata est de certis scriptis, partim lu-
ditio spirituali indigna, & dissentientia, a reliqua propheti-
ca, et apostolorum scriptura repudiauit, quare Augustinus
commendat nobis auctoritatem primæ ecclesiae, Recipit
scripta Catholicō consensu primæ ecclesiae comprobata,
Manichæorum recentiores libellos repudiāt, ideo inquit,
euangelio non crederem, nisi me ecclesia Catholicæ com-
moueret authoritas, moueri se significat consentientib. testi-
monijs primæ ecclesiae, ne dubitet hos libros esse traditos
ab Apostolis, & dignos fidei.

Secunda. Secundo tribuenda est auctoritas ueræ ecclesiae, quod pe-
nes eam est uerus intellectus seu interpretatio scripturæ, re-
tinet enim fundamentum, & habet donum interpretatio-
nis, ut Paulus inquit, sed ^c alias in pluribus, alias in paucis
ribus, alias purius alias impurius, cum Samosatenus furēs
nollet uerbum Iohannis I. de persona interpretari, conue-
nerunt

Annotationes Io. Cochlae.

9
nerunt uicini & ostenderunt ex ipsa narratione Ioannis,
& alijs locis, uerbum intelligendum esse de persona, & si
multi testati sunt, hanc fuisse sententiam Catholicæ ecclesiæ,
traditam inde usque ab Apostolis.

Cum Pelagius sparisset opiniones Philosophicas de ius
stitia legis, et ex Origenis scriptis altoqui maxima pars hos
minum similes opiniones haussisset, accendit Deus Augu
sti pectus, ut errorem uideret, & confutaret ac monstras
ret doctrinam de gratia.

Ita est quidem donum interpretationis penes ueram ec
clesiam. Sed non est certis personis aut locis alligatum,
& alias est in pluribus alias in paucioribus, alias magis, as
alias minus illustre aut parum, sicut & Paulus inquit, quos
dam supra fundamentum stipulas struere.

Cum igitur in ecclesia sit donum interpretationis, audi
ri ecclesiam docentem necesse est, & qui habeant donum,
haec duo ostendent scripturæ testimonia uere consentientia
& Catholicus consensus, uocamus autem Catholicum co
sensum, consensum patrum, prophetarum, apostolorum, et
testimonijs tradita ab Apostolis, & quæ cum his tes
timonijs uere congruunt, sicut narrat Origenes baptis
mum infantum ab Apostolis acceptum esse. Ireneus nar
rat se accepisse doctrinam de duabus naturis in filio Dei
a Polycarpo, Polycarpum a Ioanne, talia sunt multa exem
pla in scriptoribus, quæ tanquam Historiæ primæ Eccles
iae ostendunt, quid illa senserit, cumque hæ sententiae cum
scripturis apte congruant, multum ualent ad confirman
das mentes piorum, sed fides nititur uerbo Dei tradito
per prophetas, et Apostolos. Fortassis Ethnicus legens illa,
& Deus erat uerbum, non cogitaret uerbum personam in
telligi. Ideo audienda est ecclesia, in qua Catholicus con
sensus

In scriptum Protestantum Primum

sensus interpretatur personam, admoniti ergo p̄ij & adiuti alijs dictis assentiuntur, & credunt articulum propter uerbum Dei, atque ita uere inuocant filium Dei, quē non possent inuocare si fides ex humana authoritate penderet, haec sunt manifestissima. Illud autem affirmari non potest, hunc uerum intellectum, & donum interpretationis esse penes impiam multitudinem, licet haec sit in externa societate Ecclesie, multo minus tribui potest hoc donū p̄pharūnis, et ijs quos oportuit esse propter nota criminā excommunicatos. Sed intellectus uerus & donum interpretationis ad pios pertinet, sicut dicitur, animalis homo non percipit ea quē sunt spiritus Dei. Tertio tribuenda est Ecclesie authoritas cōstituendi iudicia de doctrina, imo mandatū diuinum est, ut Ecclesie exorientes controuersias cognoscāt, & pronuncient iuxta uerbum Dei recte intellectum, ut ait Paulus. Si quis aliud Euangeliū docebit, Anathema sit, eaq; in reponſū adiuuari testimonij prīmæ Ecclesiae Catholicis, quæ ab Apostolis tradita leguntur. Hęc enim uocamus consensū Catholicū, sed semper sit prēcipua authoritas uerbi Dei, cum igitur pronunciatur iuxta uerbum Dei recte intellectum, necesse est, omnes parere, sicut recte pronūciarunt aliquæ p̄ig Synodi de multis controuersijs, Obtemperat igitur uera ecclesia talibus iudicijs, quia imperitiores melius agnoscunt iam sententias traditas in uerbo Dei & confirmantur cū uerbo Dei, tū etiam admoniti de testimonijs Catholicis quæ leguntur ab Apostolis accepta. Sic nostrę Ecclesię nobis assentiuntur contra Anabaptistas, & alios. Cum aut̄ possit accidere, ut plurimæ personæ in Synodo, ut Syrmieni, sint impia, etiam si aliquæ sint pia, ut ibi Hosius habebatur, fatendum est Synodos generales et prouinciales errasse, et errare posse. Præterea etiam p̄ij habent

Tertia.

habent suos lapsus, ut ostendunt scriptorum multa in
commode dicta.

A Quia Ecclesia est sponsa Christi Eph. 5. & mater nostra, Is-
deo iure debemus ei reverentiam:

B Mallem dicere, altior quam aliena, Diuinæ enim scripturæ sa-
pientia non est Irrationabilis, nec cōtra Iudicium rectæ rationis,
Ait ergo Apostolus Ro. 12. Sit rationabile obsequium uestrum.

C Ista uarietas non conuenit spiritui sancto, qui manet in Eccle-
sia in eternum Io. 14. Neq; Christo qui usq; ad consummationem
seculi semper cū Ecclesia manet Mat. ult. Si ergo semper idem est
spiritus, et idem Christus in Ecclesia, Non recte tribuitur ei uaries
tas ista, ut alias purius, alias impurius interpretetur.

D Nulli certæ personæ dictum est, sicut dicitur Ecclesiæ, Ioh.
14. quod Paracletus maneat cum ipsa in æternum, Non erat igit;
tum Ecclesia, quæ spiritum ueritatis habet semper, Singuli autem
homines errare possunt, quia non sic habent Paracletum perpe-
tuu, sicut habet Ecclesia.

E Prophetæ & Apostoli tradiderunt multa quæ non sunt scri-
pta, Quamuis igitur scripture non dicat uspiam, Verbum dici
personam, fides tamen nititur patrum traditioni, qua per uerbum
filii persona intelligitur quando dicitur, Deus erat uerbum.

F Verum scripture Intellectum, et donum interpretationis pos-
sunt utiq; & peccatores seu impij habere, quia donum istud est
gratia gratis data, non gratia gratum faciens, Quod autem ani-
malis homo uon percipit ea quæ sunt spiritus Dei, non de intelle-
ctu sed de affectu potius intelligitur dictum esse.

G Aliud Euangelium dici potest, quando aliter interpretatur q;.
interpretati sunt patres in Ecclesia, sicut faciunt nunc nouarum
sectorum autores, qui Euangelium, de missa, de poenitentia, de cul-
tu sanctorum, de Eucharistia &c. longe aliter interpretantur quā
interpretati sunt, patres nostri, & Catholica Ecclesia per M. D.
annos.

H Quis autem erit Iudex super hoc, an Ecclesia recte intelligat
uerbum Dei? Præsumendum est igitur potius, Ecclesiam in Sy-
nodis Generalibus semper recte intelligere uerbum Dei. Et nullo
modo ferendū, ut eius Interpretatio ab alijs postea in dubium re-
uocetur, Ecclesia enim audienda, non iudicanda est, Math. 18.

In scriptum Protestantium Secundum

I Si cuique liceat Synodos generales erroris arguere, nunquam erit finis discordiarum, Quis autem te, Synodorum reprobatorem, constituit Iudicem? Aut quis testatur te rectius intelligere uerbum Dei, quam intelligit Synodus aut Ecclesia? Synodus habet testimonium Christi Matth. 18. & 28. Quid habes tu?

B. II. Scriptum.

DE SACRAMENTO COR- poris & sanguinis Domini.

Christus inquit, accipite, manducate, hoc est corpus meum, & deinde hic est sanguis meus, ideo satemur in cena Domini uere & realiter corpus, & sanguinem Christi adesse, & cum pane & uino exhiberi sumentibus, Sicut & Hylarius inquit Domini professione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis, & haec accepta & haustra faciunt ut & Christus in nobis, et nos in Christo simus, adeo est igitur Christus & est efficax in sumentibus.

Triplex autem finis est, primus ut hac sumptione admoniti, recordemur passionis, & resurrectionis Christi, & erigantur pia mentes fide, agnoscentes filium Dei pro nobis passum, ablutos nos esse sanguine Christi, nos iam factos membra, & habere reconciliationem propter filium Dei, & hac fide per Sacramentum applicatur nobis gratia, de hoc fine concionatur Christus ipse inquiens, hoc facite in mei recordationem, uult enim nos retinere memoriam passionis, & promissi beneficij, nec uult tantum historiam memoriam conseruari, sed uult ut haec beneficia in usu Sacramenti nobis fide applicemus.

Secundus finis est, ut Deo pro immensa misericordia erga

erga nos & filio pro nobis dato uicissim gratias agamus
in usu huius Sacramenti. Tertius finis est ut facti mem-
bra unius corporis Christi admoneamur de mutua dilec-
tione, quare Paulus inquit, sicut unus est panis, ita unum
corpus multi sumus.

Semper autem de Sacramentis regula tenenda est, esse
ea principaliter testimonia voluntatis Dei erga nos seu
gratiae, postea alij fines accedere possunt.

Docemus & hoc neminem ad usum huius Sacramen-
ti idoneum esse, perseverantem in delictis contra conscienciam,
nec admittendos esse eos qui obnoxii sunt manifestis
criminibus, docemus igitur Apostolicam regulam, probet
seipsum homo, & sic de hoc pane edat, ut autem Ireneus in
quit, Eucharistiam constare duabus rebus terrena & cæles-
ti, & Paulus ait, panis quem frangimus participatio est
corporis Domini, ita nos docemus cum pane consecrato
exhiberi corpus Christi sumentibus, nec docemus fieri ^B
transubstantiationem ut uocant, seu abiisci substantiam
panis, & sequimur multorum sanctorum patrum firma
& perspicua testimonia.

A Non cum pane & uino, sed sub speciebus panis, & uini ade-
sunt, & sumuntur corpus, & sanguis domini, substantia enim
panis & uini non remanet post consecrationem, sicut testantur
Ambrosius, Aug. & alij patres.

B In sumentibus digne, est Christus efficax, Indigne autem sus-
tentibus nihil prodest, Indigne autem sumunt omnes, quicunq;
in illa sunt haeresi aut schismate contra ecclesiam.

C Non sic docet Paulus sed ait, Probet autem seipsum homo
&c. Si enim conscius tibi sis peccati mortalis, & accesseris absque
contritione, & confessione, non gratia sed damnatio per sacra-
mentum tibi applicabitur, teste Apostolo, finis igitur huius sacra-
menti non est remissio peccatorum, quia haec per alia sacramen-
ta, nempe per baptismum aut per poenitentiā, queri debet, Sed co-
munio sanctorum, ut omnes, quotquot sumunt, unum sint cor-
pus in Christo i. Cor. 10.

In scriptum Protestantum Secundum

D Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inaequali uite uel in
teritus, sunt igitur sacramenta non certa uoluntatis Dei erga nos
testimonia, quia eisdem utuntur, et boni et mali, Voluntas autem
Dei non eadē est erga bonos et erga malos, Sunt autē principalia
ter Instrumenta, p̄ quę gratiā Dei cōsequimur, si n̄s recte utamur.
E Negare transubstantiationem est negare ueritatem corporis
et sanguinis Christi in Eucharistia, Necessarium est. n. Mutationē
aliquam ibi fieri, ut sit ibi aliquid quod antea ibidem non fuit.
Non fit autem mutatio in speciebus panis & uini quia remanent,
neq̄ in corpore Christi, ergo necessario fit in substantia panis, &
uini. Nullus igitur sanctorum patrum hanc mutationem unū ne
gauit, Nam Ecclesia semper pro haereticis habuit omnes quicunq̄ ne
que eam negare præsumperunt.

C. III. Scriptum.

DE SECUNDO PARAS.

grapho in articulo de p̄cūnitentia.

I Dcirco peccata saltem Letalia, quorum quis sibi con-
sciens est, & quae conscientiam perplexam tenent &c. De
caparte respondemus, retinendum esse in ecclesijs ministri-
rium priuatae absolutionis, quae est vox Euangelijs sonans
per ministros, et singulis applicans remissionem peccatorū
id beneficiū p̄ijs et pauidis conscientijs gratissimum est, quae
hac ipsa uoce confirmantur, ut statuant Euangelium non
solum alijs generaliter sed singulis A p̄mittere remissio-
nē et unicuique adplicare Christi promissionē. Hęc confirma-
tio salutaris est p̄ijs qui luctantur cū ueris pauoribus, Inte-
rim tamē in Ecclesia extare et hanc doctrinam necesse est,
quod enumeratio delictorū nec mādata sit iure diuino, nec
necessaria, et quod sine ea peccata remittantur cōtritis, et fi-
de se sustentantibus, sicut & B Prosper testatur, si li quorū
peccata humanā noticiam latent, non ab ipsis confessa nec
ab alijs publicata, si ea confiteri uel emendare noluerint.

Deusa

Deum quem habent testē, ipsum habituri sunt et ultorem,
 quod si ipsi sui Iudices siant, & ueluti suæ iniuitatis ulto-
 res, in se uoluntariam penam seuerissimæ animaduersio-
 nis exerceant, temporalibus poenis æterna mutabūt suppli-
 cia, & Lachrymis ex uera cordis contritione fluentibus res-
 tinguent æterni ignis incendia, hæc Prosper. Et coniçes-
 rentur conscientiæ in periculosa dubitationes, si putarent
 omnium peccatorum enumerationē necessariā esse, sed
 tamen quia multi propter ambiguos casus habent opus
 rationē, ut iuuari consilio aut excitari magis ad poeniten-
 tiam, et de multis rebus admoneri possint. Nā prudens pa-
 stor in eo colloquio melius instituere confidentem potest, cū
 animaduertit, quibus aut erroribus aut hicijs implicit⁹ sit.
 Accedit et hoc quod ipsa cogitatio de enumeratiōe subiect⁹
 cōspectui nostro turpitudinē peccatorū, et magis admonet
 nos ipsos de ira Dei, et disciplina prodest rudib⁹, cū hac ea
 numeratione colligere, et discernere peccata discunt. Sed ta-
 men teneatur doctrina ^E de fide propter Christū accipi re-
 missionem, non propter enumerationē seu confessionem.

Illud etiā addendum est, pertinere ad officiū pastorum,
 ut ^F certis temporibus audiant plebē, et interrogent sin-
 gulos de sua fide, nam fidē quisq; profiteri debet, hic rudio-
 res doceat pastor, admoneat etiā de morib⁹ ea quæ uiden-
 tur idonea ætati. Sed necessitas imponi non potest occulta-
 recitandi. Et ad hęc difficilima munera ad dandū consiliū
 ad rudes explorandos & docendos, ministris idoneis p̄jps
 peritis & grauibus opus est.

In tertio Paragrapho ubi dicitur, absolui homines
 ab ijs, quæ legittime confessi sunt.
 Necessario addēda est explicatio absolui cōtritos etiā ab ijs
 quæ

In scriptum Protestantium Tertium

quæ in recitatione ^G omessa sunt aut quæ ignorantur, & uerbum (legitime) pariet scrupulos, ideo satius eset hanc particulam omitti, & contritis ac creditibus contingit etiam ^H alijs modis remissio per publicum ministerium Euangelij.

A Euangeliū promittit quidem remissionem, non tamen omnibus indifferenter, sed agentibus poenitentiam, iussit enim dominus prædicare poenitentiam in remissionem peccatorum Luc. 24.

B Prosper manifeste ait, si confiteri noluerint, quod Deum habbituri sint, & testem & ultorem, Nequaquam uero ait, Non esse necessariam enumerationem delictorum.

C Omnia, non simpliciter, sed omnia, quorum quis sibi conscientia est. Quis enim omnia nouit aut memoriter tenet? Nam scriptum est Pſal. 13. Delicta quis intelligit.

D Si enumeratio tam utilis est ad multa, Cur negatur esse necessaria, posteaquam ab Ecclesia est omnibus precepta, etiam in scripturis expresse precepta non reperiatur? Iubet enim Christus audire Ecclesiam, & Salomon ait Prover. 1. & 6. Ne dimitas legem matris tuę.

E Fide quidem accipitur, sed non sola fide, remissio peccatorum, Nisi enim enumeraueris ea quæ scis, non recte confiteris, nec remissionem accipis, quia opus Dei fraudulenter facis.

F Si certis temporibus audiiri debet plebs, nulla sunt tempora magis apta ad audiendas confessiones quam Aduentus & Quadragesima, ut populus facta confessione communicare digne possit in festo Natalis Domini, & Paschatis. Ideo male ac frivolemente opugnauerunt iam X X. annis eam Ecclesiæ consuetudinem, nostrarum sectarum autores.

G Si omessa sint, data opera, non remittuntur, quia fraudulenter sit talis omissione.

H Alijs modis. Quibus nam? Certe si quis auditor est uerbi, & non factor, non iustificabitur, ut habetur Ro. 2. & Iac. 1.

D. IIII. Scriptum.

DE SATISACTIONIBVS:

Satisfactio quæ meruit remissionem culpæ, & libera-
tionem a morte æterna, haud dubie est unica mors filij
Dei Iesu Christi, qui pro nobis uictima factus est, iuxta con-
cionem Ioannis, ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi,
¶ Propter hunc agnum fide accipimus remissionem cul-
pæ, & liberamur a morte æterna, non propter nostra ali-
qua opera aut propter satisfactiones ab hominibus institu-
tas aut ullam compensationem poenarum, sed ritus in poe-
nitentia qui uocantur satisfactiones canonicae, quondam
instituti sunt ab episcopis exempli causa, aut propter disci-
plinam, cum enim lapsos aut famosos recipiebant, poenas
irrogabant, tum ut ipsorum constantiam explorarent an
serio resipiscerent, tum ut alios talibus exemplis admone-
rent, ut maiore cura lapsus uitarent. Quosdam etiam frenas
dos esse hac disciplina putauerunt, & ante absolutionem
publicam hi ritus seruabantur, tanquam ^B signa reorum,
sicut etiam apud Ethnicos fuerunt certa signa homicida-
rum, & aliorum pollutorum obseruanda donec absolues-
tentur.

Porro in ecclesia paulatim creuerunt hæ poenæ cum ac-
cessit ^C error, quod mererentur remissionem peccatorum
& posterior ætas cum uix umbram uetus ritus retinuerit,
tamen non merentur remissionem peccatorum, & quæsiuit nouas
causas eius [“], modi aiunt Deum iustum, & uindicē non alias [“], mo-
remittere peccata nisi ^D compensatione poenarum & ^E ris
addunt operibus non debitiss ab absoluente

DD comis

In scriptum Protestantium Quartum

compensari poenas purgatoriij, & quidem tralere has satis
factiones etiam si stant ab iniustis, hos errores uectos in
Ecclesiam necesse est reprehendi, necesse est enim extare in
Ecclesia doctrinam, de ^r gratuitta remissione proprie
ta instituta, ^g sine mandato Dei non sint cultus Dei, iux
ta illud, frustra colunt me mandatis hominum.

Quod autem dicitur Deum iustum, et vindicem punire
peccata, ^H punit Deus etiam Electos primum contrito
ne ueris terroribus, de quibus inquit David. Domine ne in
furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me etc. Eze
chias inquit. Sicut Leo contriuit omnia ossa mea. Hi terro
res multo uerius sunt poenae, quam qualescumq; pluctus satis
factionum. Secundo multa delicta conuersorum puniunt
tur peculiaribus poenis, ut Davidis adulterium, & semper
uagantur etiam per sanctos tales poene diuinitus irrogatæ,
sicut Psalmus inquit de electis, uisitabo in uirga iniquitates
eorum, item, iudicium a domo Dei incipit, castigat enim
Deus suos ut excuciatur carnalis securitas, & crescant ti
mori Dei, poenitentia, fides, inuocatio, nectamen omnes af
flictiones sunt poenae certorum criminum, ut semper flos
Ecclesie prophetæ Apostoli, & alij summi viri maximas
ærumnas pertulerunt singulari Consilio Dei, uult enim
Deus Ecclesiam in hac uita non solum ijs calamitatibus
subiectam esse, quæ naturam lapsam communiter in om
nibus comitantur, sed uult eam etiam singulari modo ex
erceri propter multas catas. Impia multitudo non agno
scit peccatum aut iram Dei, sed ut dicitur in genesi, qui es
cit in eis peccatum donec reuelabitur, hoc est, nondum
terret eos, donec experientur poenas, castigatur ergo Ec
clesia præ cæteris, ut agnoscat peccata, & inhærens uitium,

& cre-

& crescent timor Dei, & pœnitentia. Accedit & hæc causa, si non essent pericula, & certamina ingentia, fides & inuocatio languescerent, ideo onerata est Ecclesia ingens tibus certaminibus, sicut in genesi scriptum est, serpens calcaneum eius mordebit. Hos saeuissimos morsus pri multipliciter sentiant in varijs temptationibus, & afflictionibus, & Ecclesiæ propria sapientia est, intelligere quod Deus uelit humiliari sanctos, & similes fieri imaginis Christi in hac uita. Item quod uere respiciat afflictos, sicut clamitat Petrus, humiliamini sub potenti manu Dei, hanc potentiam in utraque re declarat Deus, potenter castigat securos ut Dauidem, Sampsonem, Nabuchodonosor, rursus potenter erigit agentes pœnitentiam, & inuocantes ipsum, sed hæ pœnæ nec imponi nec remitti possunt a clauibus, nec tolli ritibus ullis transactionum humanarum, ut sunt satisfactiones canonicae. Ad hæc hæ afflictiones diuinitus irrogatae exercitia sunt continui, & futuri temporis ut Paulus inquit secunda Chor. 4. exterior noster homo destruitur sed interior renouatur de die in diem:

Quia uenient satisfactiones postulant, pœnas intelligunt pro præteritis delictis, & utilius esset populo inculcari doctrinam de his magnis rebus, de ira Dei aduersus peccatum, de ærumnis Ecclesiæ, de ueris cultibus quos requirit Deus in illis ærumnis, quibus admonet nos, ut crescent timor Dei, fides, inuocatio, & aliae uirtutes, quam oculis populi proponere spectacula satisfactionum, que obleuant doctrinæ de grâ, et de ueris cultibus. Nam et hoc sentimus, et diligenter docemus, fructus pœnitentie, id est nouitatem uite seu obedientiam spiritualem iuxta precepta Dei sequi debere in conuersis, et cū Paulus inquit,

In scriptum Protestantium Quartum

præbere corpora uelstra hostiam uiuam, & sanctam, appellatione hostia admonet nos de ueris cultibus, simus hostia sanctæ, id est abstinentes ab omni immunditia, perferamus ærumnas in confessione uerae doctrinæ, & afflictionibus communibus, ut hostia quæ mactantur, sed tamen simus uiuæ hostia, hoc est semper uicturæ celebrantes Deum etiam in media morte, his sunt ueri fructus poenitentiae & uera exercitia, quæ radices peccatorum euellunt, ut Augustinus ait.

alias : id Addimus & hoc mitigari calamitates communes, & Ecclesiæ per totam poenitentiam, & bona opera piorum, sicut Esai. I. & LXXXIII. scriptum est & Paulus inquit, si nos iudicaremus, ipsi non iudicaremur, sed de tota poenitentia intelligi necesse est, non de ritibus satisfactionum quos dicunt etiam ualere in iustis.

Cæterum hoc non negamus uel exempli uel disciplinæ causa famulos poena aliqua castigari posse ab Ecclesia, id est in nostris Ecclesijs, si quando Anabaptistæ aut homicida, quibus magistratus pepercit, recipiuntur, obseruamus, nec tamen opus est veteres ritus poenitentiae restituere, qui creuerunt errore, et plerique sunt pleni periculi, ut quod a dultero per longum tempus interdicunt consuetudine uxoris &c.

Videntur olim Episcopi hanc censuram eo severius exercuisse, quia Ethnici magistratus non puniebant uagis libidines, & alia pleraque delicta, sed magistratus docendi sunt, ut ipsi manifesta delicta puniant, hec severitas plus proficeret moribus quam canonicae satisfactiones, nec sine periculo miscentur ministerium Euangelij, et officia politicæ potestatis. Minister Euangelij docet de poenitentia uera cordis, & perterfactam mentem consolatur, ait non

non propter compensationem poenarum sed propter Christum nos liberari a peccato et morte æterna, sicut scriptum est, Captiuam duxit captiuitatem, Item ero mors tua o mors, & mortus tuus inferne. Non addatur opinio quod fiat remissio propter compensationem poenarum, interim magistratus sit acer & suum officium faciat, quod est discernendum a ministerio spirituali & Euangelico, ideo in nostris Ecclesijs admonentur magistratus politici, ut officium suum faciant & disciplinam tueantur.

A Si solummodo propter agnum Dei, & non propter ulla opera nostra remittitur culpa, & pena æterna, Quid est, quod non omnibus hominibus culpa remittitur, cum agnus ille pro omnibus passus sit & immolatus? Agni quidem passio præcipua est remissionis causa, sed non sola, Oportet enim ab homine quoque peccatore aliquid fieri, ut remittantur sibi peccata, Nisi enim contritus & confessus fuerit, & sacramentum poenitentiae suscepere, sola passio agni non proderit ipsi, quia non facit quod debet, & quod Christus, & Ecclesia iubent.

B Nō solū ut signa, sed ut opera ad remissionē peccatorū necessaria iniungebātur, sicut manifeste declarat S. Cypri: tum in multis Epistolis, tum clarissime in sermone de lapis, Et Christus in Euangeliō. Et Ionas de Niniuitis, & 3. Reg. 21. de Achab &c.

C Non est error, sed ueritas scripturæ, Deut. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarū modus. Et adstipulantur uetusissima Cœcilia, Nicenum, Amyranum, Elibertanum &c. & præcipui doctores Ecclesiæ Cyp. Basilius, Aug. &c.

D Hoc & Lutherus docuit, in assertione Art. 5.

E Catholici non sic docent, sicut hic falso eis adscribitur.

F Gratuita quidem est remissio, eo quod nos dignum premium ex nobis dare non possumus, & ipsa quoque poenitentiae opera non ex nobis ipsis sed ex Deo habemus, Ergo gratis dat nobis Deus omnia, Nisi tamen ea fecerimus quæ Christus facere iubet, nempe agere poenitentiam, doctrina de Christo, & de fide nos a peccatis non liberat, sed grauius damnat, Quia feruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, uapulabit multis, Luc. 12.

G Non solum in scriptis, sed etiam uiua uoce data sunt nobis DD iii mandata

In scriptum Protestantum Quartum

mandata Dei. Paucissima enim de cultu Dei in novo-testamento sunt scripta. Et optimus erat cultus Dei tempore Apostolorum, antequam ullum esset scriptum Euangelium aut ulla Pauli Epistola.

H Punit Deus etiam sanctos, ut probentur, & profectum maiorem faciant, sic & mater Ecclesia hic punit pie peccatores, ut non durius puniantur in altero seculo. Quod Lutherus ipse te status est Aler. Art. 5.

I Postulauerunt satisfactiones pro preteritis delictis Antiquissima Concilia, & adhuc antiquiores patres, Cyprianus, Tertullianus, Origenes &c. Quæ sane multo melius retinebant populum in disciplina, & in timore Dei, quam faciunt hodie nouæ conciones de fide sola, per quas populus omne iugum disciplinæ, & omne frenum timoris Domini excutit. Irreligiosam querens libertatem.

K Quis credat, obscuriorem fuisse doctrinam Cypriani (qui tam uehemens fuit satisfactionum assertor, & exactor) de gratia & de ueris cultibus, quam est hodie nouorum Concionatorum, qui satisfactiones reiiciunt? Quin etiam Christi & Pauli doctrina, de agenda poenitentia in facco, & cinere, in fletu & leuino &c. obscuraret Euangeliū, si nouis credendum foret Euangelistis Luthericis.

L Temporibus Cypriani, & Augustini &c. quando multus erat de satisfactionibus sermo, longe maior, & uerior erat in populo Dei, & nouitas uitæ et obedientia mandatorum Dei, quam est hodie apud sectas, quæ de satisfactionibus neç dicere neç audire uolunt, Quibus Cilicum ludibrio, Leinium abominationi est.

M Iniustis (qui poenitentiam agunt de peccatis suis) utique ualent opera & ritus satisfactionum, Iusti enim non egent poenitentia, ut ait ipse Dominus Luc. 15. Iniustis autem, qui peccare non cessant, non ualent ritus poenitentiae, quia non uere sed flete poenitent.

N Si ueteres ritus poenitentiae placerent carni & uentri, quantis praeconijs, & quanta cum autoritate contra Clerum, ad plausum populi depredicaturi eos essent Lutheri ac Zwinglii sectatores? Quid est igitur, quod Lutherio unus Cyprianus contra onnes Romanistas sufficit, ubi placet, De poenitentia autem usque adeo displicet?

O Quid

O Quid igitur de occultis delictis agendum est ? Nunquid punienda non sunt ? At non raro sunt grauiora in occulto flagitia, quam in manifesto . Si ergo tollatur occultorum confessio, quæ fit sacerdoti, & recusetur satisfactio , quæ à sacerdote iniungitur, Innumera flagicia manebunt impunita in hoc seculo , ut Deus puniat acerbius in altero seculo . At pia mater Ecclesia hic potius, quam in futuro seculo uult filiorum delicta punire . Hanc Ecclesiae pietatem oppugnat nunc Mille artifex Diabolus per satisfactionum impugnatores.

P Nusquam magis miscentur utriusque potestatis officia, quam hodie apud sectas nouas, ubi secularis potestas omnem sibi circa religionis ordinationem arrogat autoritatem constituendi quæ uult.

Q Si compensatio poenarum nihil prodest , Cur Christus ait, remissius fore Tyro & Sydoni, quam Corozaim, & Betsaidæ in die Iudicij. Matth. xi ? Cur Paulus luget eos qui non egerunt poenitentiam super peccatis suis 2. Cor. 12 ? Liberamur quidem per Christum, sed ita, ut faciamus quæ docet, Agite poenitentiam inquit.

E. V. Scriptum.

DE VNITATE ECCLE- SIAE & ordine ministrorum Euangelij.

VT Ioannes inquit, ex plenitudine Christi omnes accipisse gratiam, ita ^A una est Ecclesia Dei sanctifica ta, & consociata per filium Dei, qui caput est omnia in membris suis perficiens agnitione Euangelij ipsius, & spiritu sancto inde usque a patribus , prophetis , Apostolis, & alijs sanctis, quæ glorificabitur in nouissimo Iudicio. Ut sit igitur una Ecclesia & ^B consentiens semper, Deus hic idem Euangelium propagauit per patres, & prophes

In scriptum Protestantium Quintum
prophetas, & postea per Christum & Apostolos.

Et instituit Christus ministerium c duraturū usque ad consumationem mundi, sicut scriptum est, ascendit dedit dona hominibus, alios quidem Apostolos, alios pastores, alios doctores, conseruat enim Euangelium, & uoluit post Apostolos uocari pastores in omnibus Ecclesijs fungentes officio docendi Euangelijs quos excitat quanquam diffī miles donis, tamen eodem fungentes ministerio.

D Consistit igitur unitas Ecclesiae in hac consociatione sub uno capite Christo per idem Euangeliū, & idem ministerium cui debetur obedientia, iuxta illud, qui uos audit me audit. Ut retineatur unitas fidei, & similis usus Sacrae mentorum, & disciplinæ mandata in Euangелиo. Habent enim pastores mandatum Christi non solum ut doceant Euangeliū, & Sacraenta administrent, sed etiam ut parlam contumaces in Ecclesia puniant excommunicatione, uidelicet eos qui uel contra sanam doctrinam prauas opiniones ferunt, aut malos mores emendare nolunt. Debetur enim iure diuino obedientia pastoribus in hac conseruacione disciplinæ.

Vt autem omnia ordine fierent in Ecclesia iuxta Pauli regulam, & ut pastores inter se magis deuincti essent, & omnibus gubernationis plures inter se partirentur, ac aliorum curam susciperent, & dissidia seu schismata uitarentur, ac cessit utilis ordinatio, ut ex multis presbyteris eligeretur Episcopus, qui regeret Ecclesiam docendo Euangeliō, & retinenda disciplina, & praeferset ipsis Presbyteris.

Plures deinde gradus facti sunt uidelicet. Archiepiscopi, & supra hos Patriarchæ, Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus.

Hæ ordinationes, si hi, qui præsunt, faciant officiū suum utilis

Utiles sunt ad retinendam unitatem Ecclesiae, hoc est ad Synodos conuocandas, ad constituenda legitima doctrinæ Iudicia, ad emendationem uiciorum late grassantium, usus, tarum ac aliorum scandalorum, ad emendationem legum, ad puniendos autores scandalorum. Sed hi præsides seruant uocationis suæ, doceant, inspiciant doctrinam & mores Ecclesiæ quibus presunt, corrigan errores, & uitia, exerceant iudicium Ecclesiastica. Nam Pontificibus, & Episcopis qui aduersantur pia doctrinæ, tribuere autoritatem non possumus, ut ad Galatas scriptum est.

Cæterum in Ecclesiastica gubernatione tribuenda est Episcopis potestas condendi traditiones, ut omnia decenter, & ordine stant in Ecclesia, ut de certis ferijs, ut sciat populus quo tempore conueniendum sit, item ut sobrii convenienter.

Sed hæc traditiones non putentur esse cultus, id est merita aut bona opera, quorum finis immediatus sit, ut per ea honore afficiatur Deus, iuxta illud. Frustra colunt me mandatis hominum, nec pugnant cum mandatis Dei, nec ducantur res necessariae sed indifferentes, quas extra scandali casum omittere licet, sicut Paulus in Epistola ad Colossenses de traditionibus humanis quæ fiunt in Ecclesia docet, nemo uos arguat in cibo potu aut parte diei festi, discerni enim oportet humanas traditiones a ueris cultibus, quos Deus instituit. Ut apud Ezechielem dicitur, ego sum Dominus Deus uester, in præceptis meis ambulate.

A Vna est Ecclesia Dei, igitur omnes Ecclesiae sectarum, non Dei sed Diaboli sunt Ecclesiae, De quibus dicitur Psal. 25. Odiu Ecclesiam malignantium.

B Væ igitur sectis nouis quæ in multis à Catholica Ecclesia dissentient.

C Si durare debet Ecclesiae ministerium (ut debet omnino) EE Impia

In scriptum Protestantium Quintum

Impia profecto est Gigantomachia nouarum sectarum, quæ ueteris ministerij gradus, & ordines abiecit, & nouos super inducit quos ignorauerunt patres eorum.

D Memento hic lector uerborum Christi, Luc. 19. De ore tuo te iudico serue nequam. Et Pauli ad Tit. 3. Et delinquit, cum sit proprio Iudicio condemnatus. Et David 2. Reg. 1. ianguis tuus super caput tuum, Os enim tuum locutum est aduersum te.

E Quam dicis, quædo, doctrinam piam e hanc scilicet, Ro. Pontificem esse Antichristum, Ro. Eccleiam esse Meretricem rufam, & Babyloniam, Missam esse Idolatriam, non sacrificium &c. Huic nimis doctriæ nouæ, non Euangelio ueteri aduersantur Pontifices & Episcopi nostri.

F Cultus diuinus noui testamenti neque in Euangelijs neque in Epistolis Pauli integre descriptus est, sed à sanctis patribus traditus, in hoc utique, ut per eiusmodi opera honore afficiatur Deus, honor enim Dei precipuus est finis omnium Ecclesiæ traditionum, Quem & a nobis Deus ipse requirit, per prophetam Malachiam dicens, Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si dominus ego sum, ubi est timor meus? Quod autem obſicetur illud, frustæ traditionibus intelligi debet, sed de ihesu dumtaxat mandatis, quæ sunt uel mandatis Dei contraria, uel superstitioni obnoxia, sic Christus ipse declarat Matth. 15.

F. VI. Scriptum.

DE SANCTIS.

N On recipimus partem huius articuli, ubi de duplicitate inuocatione sanctorum qui ex hac uita decesserunt, dicitur, ut propter ^A merita sanctorum iuuentur. Item ut directe inuocentur, ^B ora pro me sancte Petre. Christus enim inquit quicquid petieritis patrem in nomine meo dat vobis.

bit uobis , unus certe mediator constitutus est , & manda-
tum est ut ad hunc accedamus . Sicut autem ipse , uenite ad
me omnes qui laboratis , & onerati estis , & ego refici-
am uos .

Quare non est probandus cultus qui per alios mediato-
res orat , presertim cum nullus cultus in Ecclesiam inue-
dus sit qui non approbatur uerbo Dei .

Item directa iuuocatio absentis tribuit omnem poten-
tiam ei qui iuuocatur , nam audire uota cordium in
singulis est solius Dei , & quamquam subtilitas quaesita est
ut excusat hanc absurditatem , tamen haec nullum habet
testimonium uerbi Dei , & repugnat iuuocantium cogi-
tationi , qui ideo ad sanctos configuiunt , quia Deum ira-
sci iudicant , & per sanctos uolunt perferri preces ad
Deum .

Denique cum manifestissimum sit hoc cultu sanctorum
obscurari mediatoris Christi officium non possumus
eam nostra approbatione confirmare .

A Communio sanctorum est articulus fidei . Si ergo sancti per
charitatem (quae utique non excidit) nobiscum unum Christi
corpus , quod est Ecclesia , constituunt , possunt utique sua nos-
biscum communia facere , & habere merita , sicut & uulgo di-
citur . Amicorum omnia communia . Et in scripturis Canonis
aut in miraculis sanctorum pleraque habemus exempla in-
facto , ubi propter merita sanctorum parcitum est hominibus
aut imperitum auxilium diuinitus , ut Gen . 18 . Exo . 32 . 3 . Reg .
11 . Item Aug . de ciui . dei lib . 22 . C . 8 . Basil . Mag . Greg . Nazian .
Greg . Ro . &c . complurimis ex facto exemplis comprobant .

B Ora pro me S . Petre . Haec iuuocatio nusquam est a Christo
prohibita , nec ab Apostolis , nec a scriptura Canonica . Consen-
tanea est autem pietati , quam debemus maioribus , qui sunt ami-
ci Dei , atque adeo filij Dei , fratres & cohæredes Christi . Ro . 8 . ei-
que conreguant , ut eos iuuocatione licita honoremus . Loca au-

In scriptum Protestantum Sextum

tem scripturæ, quæ hic obijciuntur, nihil prorsus faciunt contra
eam inuocationem, Ait enim ipse dominus Matth. 10. Qui reci-
pit prophetam in nomine prophetæ &c. Non igitur in solius
Christi nomine, sed etiam in nomine prophetæ, in nomine iusti, in
nomine discipuli petere licet, sicut & Moyles petiit in nomine
Abraam Isaac, & Iacob Exo. 32. Et Iacob ipse ait Gen. 45. Et in-
uocetur super eos nomen meum.

C Iam s̄pē dictum est, cultum Dei, & sanctorum in nouo testa-
mento non esse scriptis comprehensum plenē sicut in veteri testa-
mento, sed uoce uiua traditum ab Apostolis, & sanctis patribus.
Non oportet igitur rejeci traditiones non scriptas, Quid enim
habemus scriptum de festis Christi, B. Virginis, Apostolorum
&c. de Ieiunijs Quadragesimæ, De aduentu &c?

D Non oportet mox omnipotentiam tribuere ihs qui absentes
inuocantur, Omnipotentia enim solius Dei est, audire autem uo-
ces, & uota precantium possunt etiam Angeli, qui tamen omni-
potentes non sunt, Sicut orationes Tobiae obtulit Deo Raphael
Tob. 12. Et in Apocalypsi, non solum angelii, sed etiā xxiiij. senio-
res audiunt orationes sanctorum, Quod si Diaboli quoq; audiūt
uerba nostra, quibus tamen omnipotentiam nemo tribuit, cum
non possint ea audire sancti qui Deo coniunctissimi sunt in quo
omnia cognoscunt, quæ ad ipsos pertinent.

E Christi officium non obscuratur Inuocatione sanctorū, Qui
enim ministrum honorat, Dominum quoque honorasse putatur.
Ipse enim ait, Qui uos audit, me audit, Et quod uni ex minimis
meis fecistis, mihi fecistis.

G. VII. Scriptum.

DE MISSA.

S Acrifidum quod placauit iram Dei aduersus peccata
humanī generis, & fuit p̄cium pro peccatis, ac mes-
tuit hominib⁹ reconciliationem, & gratiam, & uitam æ-
ternam,

ternam, fuit unica mors filij Dei qui sese obtulit ipse patri æterno, & pontifex fuit ipse huius suæ oblationis, ut docet Epistola ad Hebreos. Instituit autem ministeria per quæ huius sacrificij immensa beneficia nobis impertit, & applicat, in his etiam est ^A cæna dominica, in qua sumens corpus, & sanguinem Christi applicat sibi fide beneficia parta per mortem Christi quæ fuit uerum sacrificium, cum uidelicet agnoscimus, & credimus nobis ^B certo remitti peccata propter mortem filij Dei qui sese pro nobis obtulit ipse, & hac fide Christum apprehendimus, & nos consolamus, ita prodest sumenti cæna per fidem.

Cum autem in missa tria sint, cæna Domini, recordatio, & preces ac gratiarum actiones, sancti patres totam hanc actionem uocauerunt sacrificium, non quod ^C actio illa sit premium pro peccatis aut mereatur alijs remissionem, sed preces, & gratiarum actiones sunt sacrificia laudis ut discuntur, idest bona opera quæ Deo reddimus ut eum honore afficiamus, & ^D oblatio seu cæna non applicatur pro alijs seu non meretur alijs remissionem peccatorum, & tamen sumenti fit sacrificium laudis ^E propter recordationem quæ multa complectitur. Fidem, inuocationem, predicationem, & gratiarum actionem, loquitur enim Christus de recordatione fidelium, uult nos recordari non tantum historiæ, ut fit in spectaculis humanis, sed uult nos fidere, cordari, & accipere promissam reconciliationem, erigi, & liberari a terroriblís peccati, & mortis, & excitari ad inuocationem, & gratiarum actionem, hos esse ueros cultus, & sacrificia Deo grata in cæna domini nihil dubium est, & haec in laudibus celebrantur a sanctis patribus, sicut insquit ^F Cyprianus. P̄etas inter data, & condonata sed iudicis gratias agit tam uberis beneficij largitor, non igitur

In scriptum Protestantium Septimum

sentimus fieri applicationem pro alijs uiuis, & mortuis,
nam fide sibi quisque applicat beneficia Christi per uer-
bum, & proprium usum Sacramentorum, non propter o-
pus aut meritum alterius hominis, sicut scriptum est, iustus
sua fide uiuet.

Deinde applicatio pro mortuis dissentit ab ipsa institu-
tione Sacramenti, quod pro uiuis institutum est, ut sum-
mā ac fidelem recordationem exerceant. Hæc non conue-
niunt mortuis, quare dolendum est non solum transferri
Sacramentum ad mortuos, sed etiam inde tantos abusus
ortos esse, ut templo magis occupata sint cultibus pro mor-
tuis, quam ministerio necessario uiuentibus.

A. In odium Missæ uocant nunc cenam, potius quam missam,
ne uis uocabuli cogat eos sacrificium fateri. Neque tamen in uex-
spera sumunt aut peragunt eam cenam, sicut fecit Christus, et pri-
mitiva Ecclesia, ut ostendit Paulus i. Cor. 11. Sed in mane ante
prandium, sicut Catholica per orbem facit Ecclesia, quæ Missam
pro sacrificio habet eo quod Paulus iubet ibi annunciarī, seu cō-
memorari mortem domini, quæ maximum sacrificium fuit.

B. Remittuntur nobis peccata per baptismi aut poenitentie
Sacramentum. Quisquis autem scienter in peccatis accedit ad ale-
taris Sacramentum, non remissionem peccatorum, sed damnatio
nem sibi acquirit, & iudicium sibi manducat & bibit, quia indi-
gne sumit, & non probat seipsum. Tali igitur non prodest, sed
obest eiusmodi sumptio, siue prandium siue cæna uocetur. Nos
autem in Missa non solum sumptionem attendimus, sed etiam
sacrificium, quod sumptione altius, & sacratius aliquid est. Sum-
ptio enim cibum attendit, & potum, & fieri potest etiam exera al-
tare, sicut sit apud infirmos, sacrificium autem mortem domini in
ara crucis attendit. Ideo extra altare fieri non debet. Id confyde-
rantes nunc Zuingliani, destruunt altaria, & pro ijs menſas pros-
phanz ad peragendam cenam apponunt, ne sacrificium perage-
ti uiuantur. Quasi uero mors Christi rectius in mensa qua in alt-
ari commemoretur.

C. Neque nos dicimus, actionem illam esse precium pro pecca-
tis, Ves-

is, Vere tamen immolatur ibi agnus Dei, mystice, qui uerum est pro peccatis mundi pr̄cium Negare igitur Missæ sacrificium, est negare ueram ibi agni huius, qui tollit peccata mundi, pr̄sens tiam, sicut faciunt hæretici Berengariani, Vuicaphistæ, Zwingiani & Anabaptistæ.

D Si oblatio est, ergo pro alijs applicari potest, Omnis enim Pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis Heb. 5.

E Hæc commenta sine scripturis dicuntur, Christus autem, & Paulus clare exprimunt, qualis debeat esse recordatio, Christus enim ait, Hoc facite in meam commemorationem, Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, Hic est sanguis meus qui pro uobis effundetur &c. Paulus id ipsum intelligens ait, Mortem Domini annunciatib[us] donec ueniat, Mortis igitur Christi (que uerissimum fuit sacrificium) recordatio est potius quam eorum que hic enumerantur. Neque tamen diffitemur, multiplex in missa fieri sacrificium laudis, Agni autem, qui in cruce immolatus est, mystica oblatio potissimum est sacrificium quod in missa per agitur.

F Cyprianus sacrificium Missæ asserit in compluribus locis, Hic sufficiat unus ex Epistola ad Cæciliū, Utique ille (inquit) sacerdos uice Christi uere fungitur, qui id quod Christus fecit imitatur, Et sacrificium uerum, & plenum tunc offert in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse. Item. Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus. Hæc Cypri, Qui & pro alijs offerendi consuetudinem manifeste attestatur lib. 1. Epistola 9. ubi sic ait. Si quis frater excedens ad tutes lam uel curam Clericum nominaret, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Vana sunt igitur ista commenta, quæ negant offerri pro alijs aut pro mortuis applicari, Contrarium enim ex Cypri manifestum est.

In scriptum Protestantium Octauum

H. VIII. Scriptum,

DE PRIVATA MISSA
& de usu integri Sacramenti.

Datur Consilium in libro ut hoc modo consulatur
tranquillitati, ut suis mos concedatur utrinque Ec-
clesijs, uidelicet ut apud nos missa ^A tantum celebretur
cum ad sunt aliquot communicantes, apud ipsos etiam sine
communione, sed tamen adhortandos esse homines ad fre-
quentiorem communionem, & annitendum ut uetus cō-
suetudo Ecclesiarum aliquo modo restituatur, quia constat
initio in Synaxi communionem semper factam esse.

De hoc articulo ita nobis uidetur, agnoscimus non fa-
ciendam esse subitam mutationem, prius enim populus de-
b uero usu Sacramenti docendus est, nos quoque in Ec-
clesijs nostris paulatim docendo reuocauimus ^C ueterem
consuetudinem, Paulus enim iubet fieri communionem, et
in Conuentu Ecclesiarum expectari publicam distributionem
corporis, & sanguinis Christi, idem & ueteres Canones
sanxerunt, & optandum esset non mutatum, esse primum
hunc morem, tunc enim communicantes intelligebant ue-
rum usum Sacramenti, sentiebant fieri distributionem ad
excitandam fidem, & in hoc ministerio per fidem sibi ap-
plicari beneficia Christi. Ibi adhuc erant ^D ignoti abusus
missæ applicandæ pro alijs uiuis, & mortuis. Sed quiisque
suumens, suæ conscientiæ consolationem quærebat, postea
mutato more ut sunt animi hominum proni ad fidutiam
ceremoniarum, obrepit opinio, quod sacerdos offerat pro
Ecclesia, & mereatur sibi, & alijs, & cumulatae sunt missæ
cum

Cum accessisset imaginatio, Singulas missas plus ualere pro singulis, quam unam pro multis, acceſſerunt, & aliae opiniones quod ex ^E opere operato proſint alijs uiuis, & mortuis. Hos horrendos abusus peperit mutatio Apostolica, & Catholicæ consuetudinis, qua in Ecclesia ueteri post Apostolos diu durauit, uidelicet ut in Missa fieret communio ^F plurium.

Nihil dubium est autem reprehendendam esse ^G Applicationem oblationis, & opinionem meriti pro alijs uiuis, & mortuis, quia opinio illa partitur meritum in passione Christi, & opus sacerdotis, cum scriptum sit ^H una oblatione consumauit sanctos, & quidem filius Dei ipse se se patri obtulit moriens pro nobis, sicut scriptum est, qui seipsum obtulit, nec aliis Pontifex ingreditur in sancta sanctorum perpetuam redēptionem inueniens, nec ius. sit offerri se incena ab alijs sed distribuit alijs hoc pignus. Item quisque propria fide sibi applicare debet beneficia Christi. Ergo ^I oblatio non meretur alteri, Item Pentifex noster Christus in caena tantum distribuit discipulis ^K non obtulit, nec iussit offerri Sacramentum pro alijs, sed inquit, accipite manducate. Non licet autem aliud facere nobis quam quod ibi fecit ac iussit fieri noster Pontifex Christus.

Quod autem maneat oblatio pro alijs seu applicatio, si retineantur priuatæ missæ, inde constat, quia qui eas missas retinente, in Canone dicunt, fieri hanc oblationem ad redēptionem animarum pro uiuis, & mortuis, & manet persuasio in populo, qui putat oblationem illam ^L præcipuum cultum esse ualeantem pro cæteris. Et ob hanc causam curat pro se celebrati missas. Et simili persuasione curat missas pro mortuis celebrati, hæc opiniones, & hi abusus FF erunt

In scriptum Protestantium Octauum

erunt reprehendendi, sed si constituto consensu doctrinæ
ubique doceretur populus, de usu Sacramenti, de fide, de
uera iuocatione, & docendo, ^M taxaretur illa applica-
tio oblationis pro alijs, & concederetur uolentibus omis-
tere priuatas missas, nullum esset publicum certamen cum
de doctrina conueniret, etiam si non statim singuli consue-
tudinem suam mutarent.

De usu ^N integræ Sacramenti ualde oramus, ut ratio
carum conscientiarum habeatur quæ in multis locis iam
uicementer anguntur, norunt fuisse Ecclesiae morem, uti
integro Sacramento sciunt etiam a Christo huic morem
traditum esse, ut Paulus ait. Accepimus enim a Domino quod
& tradidi uobis, & cum hominis testamentum non sit
uiolandum, quamominus licet uiolari Christi testamen-
tum. Commendat autem Christus nobis hoc Sacramen-
tum nomine testamenti, inquiens, hic est calix noui testa-
menti, hæc norunt multi iam, & ubi non porrigitur inter-
grum Sacramentum, alij abstinent prorsus, alij cum qua-
dam perturbatione conscientiæ accedunt, maxime autem
prestandum est, ut hoc Sacramentum, quod consolatio-
nem asserre, & excitare fiduciam debet, tranquilla, & ala-
cri conscientia sumatur, ut mens erecta fide gratias agat
Christo, & sic, sicut appellatur, Eucharistia.

Porro constituto consensu ^O doctrinæ, si populus in-
vitaretur ad hunc usum, & usus restitueretur, esset iam con-
cordia, quia enim persecutio cessaret, & doctrina Syncera
proponeretur, etiam si non subito mutarent suam consue-
tudinem singuli, in usu tamen discordia publica non esset,
quia nostri non accusant nondum satis institutos ac docis-
tes, scilicet quod ^P licet mutare Christi institutionem
aut mutationem probare.

Nec

Nec propterea Ecclesia superioris ætatis damnatur, quia habet etiam sancta Ecclesia interdum aliquas stipulas, ut docet Paulus, quas Deus condonat sicut alias ignorantias hys qui tamen fundamentum seu caput tenent, hoc est fide propter Christum petunt remissionem, & in abuso missarum, & cultu sanctorum plus uicij fuit, ideo prædictum est. Q postrema tempora Ecclesiæ plena periculi futura esse ut multis exitio fuerunt lex de cælibatu, Superstitiones monasticae, sic etiam multi propter abusum missarum, & cultum sanctorum perierunt, nunc igitur patefacti abuus, non sunt defendendi sed emendandi.

A Non recte auferuntur missæ propter defectum communis cantum. Nulla enim scriptura prohibet ne solus sacerdos sumat Eucharistiam, Licet enim infirmis quoque ut soli sumant, nemine simul sumente.

B Verus usus sacramenti huius extra Ecclesiæ unitatem esse non potest 1. Cor. 10. In nulla igitur secta est uerus huius sacramenti usus.

C Vetus consuetudo sacrificium offert, quod abolent nunc secæ nouæ. Verum quidem est, quod antiquitus in Synaxi omnes, qui aderant, communicabant, Nusquam tamen prohibitum est, ne solus sacerdos sumat, Quandoquidem, & apud veteres in missis pro defunctis non communicabat populus, sed solus sacerdos, Ideo adhuc hodie non datur osculum pacis in missa pro defunctis, sicut datur in alijs missis.

D Missæ applicandæ missæ pro alijs uiuis, & mortuis non fuit priscis patribus ignotus, sicut iam supra ex Cypriano demonstratum est.

E Missas ex opere operato prodesse, conuincit ipsa institutio Christi, quam per opus operatum intelligimus, Ea enim secundum se bona est semper, etiam si sacrificans aut operans bonus non sit.

F Et sacrae literæ, & antiqui Canones, dicunt, ut communicent omnes, quotquot scilicet Missarum solennijs intersunt, In primis enim Ecclesia non licebat ullis, intereste mysterijs illis, nisi ijs FF ñ qui

In scriptum Protestantium Octauum

qui simul participarent de Eucharistia, Poenitentes autem Catechuminiq; et Energumini, cum ad communicandum Idonei non essent, excludebantur a mysterijs. Et in sacro Canone dicitur: Manducate ex hoc omnes, Bibite ex eo omnes, Nusquam autem dicitur aut scribitur, Manducate aut bibite ex eo aliqui, aut multi, aut plures, sed ubique dicitur, omnes. Quod sane ad literam neque Lutherani neque Zwingiani obseruantur, Nostri autem laici, omnes qui intersunt, participant, & communicant spiritualiter, sacerdotis sacrificio consentientes, licet corporaliter non conuident quotidie simul.

G Supra ex Cypriano contrarium est probatum, quia Antecessores eius constituerunt, ne offeratur pro eo nec sacrificium pro dormitione eius celebretur, qui Clericum constituit tutorem aut curatorem.

H Una quidem est oblatio corporalis in ara crucis semel peracta, Mystica autem, que in missa illam representat, fit quotidie multis in locis, & altaribus, sicut iussit ipse dominus, dicens, Hoc facite in meam commemorationem.

I Oblatio utique pro alio fieri potest, Quia Pontifex ex his minibus assumpitus, pro hominibus constituitur, ut offerat &c.

K Rupertus Tuitiensis egregie probat, Christum in cena quoque obtulisse, non corporaliter quidem sicut in cruce, sed mystice, sicut in missa offertur a sacerdotibus. Agnus enim Typicus in legge offerebatur 14. die mensis ad uesperam, Sic et Christus in cena mystice obtulit se, ut ueritas responderet figurae:

L Nihil profecto sanctius habemus in religione Christiana nec sacramentum cultum Dei quam celebrationem missarum, ubi Deus colitur religiosissime omni sacrificiorum deo acceptabilium genere, Ibi enim est uera Inuocatio uinus Dei, oblatio corporis, & sanguinis Christi pro nobis passi, memoria eius passionis, sacrificium laudis, & gratiarum actionis, Confessionis item, & orationis cum fide spe, & charitate, Tam multa bona inititur nunc abolere per nouas sectas Diabolus, qui missarum solennia maxime detestatur.

M Pessime taxatur ac repræhenditur illa applicatio oblationis pro alijs, Quid enim magis conuenit huic oblationi quam ut applicetur pro alijs, uiuis & mortuis? Nam & Christus ipse non pro seipso neque pro peccatis suis (cum nulla haberet) sed pro alijs

alii uiuis, & mortuis & pro peccatis eorum se ipsum in cruce ob-
tulit Deo patri, Nos autem nihil aliud, quam quod ille fecit, facie-
re debemus, ut dictum est supra ex Cypriano.

N Integrum Sacramentum secundum rei ueritatem etiam sub
una specie continetur, nempe totus Christus, qui sub uralibet spe-
cie integer est, non conuersus nec diuisus. Quicunque igitur ab Ec-
clesia ad sectam aliquam transeunt propter externa ligna utrius-
que speciei, in colunt culicem, & Camelum deglutiunt, Indigne es-
timi sumentes in schismate, & discordia hoc unitatis, & pacis fa-
cramentum, Iudicium sibi mandicant, & bibunt, reosque se fa-
ciunt corporis, & sanguis domini, & impie rebellant matri suae,
Ecclesiae, eique crimine erroris, & impietatis calumniose impingunt.
O Nunquam consentiemus nouae tot sectarum doctrinæ quæ
tam multa religionis nostræ bona criminatur, & abolere conatur
& sibi ipsi adhuc nusquam constat.

P Non mutamus Christi institutionem in substantialibus, Ea
enim integrerrime obseruamus, & retinemus in missarum solen-
nibus. Et habemus autores antiquos qui asserunt Christum quo-
que in Emmaus sub una specie duos comunicasse discipulos. Quod
& tota obseruat Ecclesia circa Infirmos, quibus extra missâ sem-
per sub una specie porrectum est hoc Sacramentum, Cæterum in
accidentalibus licet utique mutare quædam Christi instituta, Ver-
bi gratia, Christus post cœnam dedit, nos damus ante prandium,
Christus dedit in Azymo, Græci, & Orientales dant in fermento,
tato, Christus in cœna nullis dedit laicis, sed tantum discipulis.
Nos etiam laicis & mulieribus damus, Circa alia quoque Sacra-
menta multa obseruat, & addit Ecclesia quæ Christum obseruas-
se, aut fecisse non legimus, Vnde dicebat Paulus i. Cor. ii. Cætera
cum uenero disponam.

Q Plena quidem periculi sunt hæc postrema tempora, non sa-
ne propter missas aut propter cultum sanctorum aut propter ce-
libatum, sed propter harum rerum abolitionem per introductas
sectas. Nec cessabunt pericula, & ira Dei nisi restituantur Ecclesi-
tam multa priscae religionis bona. Deus non irridetur Gal. 6.

In scriptum Protestantium Nonum

I. VIII. Scriptum.

DE CÆLIBATV.

A Vtor libri satis grauiter queritur de uitijs quæ ^A lex de cælibatu peperit, & optat emendationem, sed deliberationi, et autoritati gubernatorum permittit, ut de modo emendationis deliberent, an sit concedendum coniugium, an canones ueteres aut noui seruandi sint, interim modeste significat quid uelit, optamus autem, & nos ut gubernatorum autoritate consulatur tot hominum saluti, & tollatur ex Ecclesia lex iniusta, quæ est fons abominandæ turpitudinis.

Paulus ^B uocat prohibitionem coniugij doctrinam de moniorum, hoc dictum satis comprobat eventus, sunt enim in conspectu flagitia orta ex hac lege sed in nouissimo iudicio magis apparebit, quantam ruinam Diabolus hac legi traxerit in Ecclesia, quanta animarum agmina perdidet. Vera est enim uox cœlestis, fornicatores, adulteri etc. non possidebunt regnum Dei.

Extant autem satis multa scripta nostrorum, in quibus perspicue ostendimus, legem de cælibatu pugnare cum iusti rediuvino, & naturali, quare cum Deo magis obtemperandum sit quam hominibus, recte faciunt Idonei conitigio, quod malunt pie in Coniugio uiuere quam in cœlibatu periculose aut turpiter.

Paulus uult esse presbyterum ^C maritum, est autem Apostolica uox longe ante ferenda omnibus traditionibus humanis, ideo oramus ut ex Ecclesia tollatur hæc iniusta, et perniciosa lex de cœlibatu.

Prima

Prima esse cura in Ecclesia debet ^D recte constituendi ministerij Euangeli. Ut igitur possint haberi Idonei, pñj, & docti ministri, sentimus non esse impedientium ministerium ullis iniustis vinculis, sit liberum eligere Idoneos tum maritos tum cœlibes, sit liberum cœlibi electio etiam postea ducere uxorem, est enim præceptum generale, uitandæ scortationis causa habeat unusquisque uxorem suam, Quod uero de uoto obiicitur, copiose alibi respondimus, nec Synodi ueteres adeo ^B duræ fuerunt ijs qui contra uotum contrahebant ut recentia decreta, sed regula est certa, uotum contra mandatum Dei factum, irritum esse, Cū autem uotum cœlibatus pugnet cum mandatis diuinis in hijs qui non sunt Idonei ad cœlibatum, sentimus nec sacerdotum nec monachorum uoto impediri coniugium, Præterea in ^F utroque uoto multæ harent superstitiones opiniōnes, quæ non exiguae tenebras induxerunt doctrinæ de iustitia fidei, & de ueris cultibus.

Romanus Pontifex ^G Syritius, cū præciperet Hispanis sacerdotibus ut uxores dimitterent, citat hoc testimoniū, qui in carne sunt Deo placere non possunt, siue per inscitiam siue per superstitionem detorsit hoc dictum ad Coniugium, certe exemplo ipso confirmauit prauas opiniones, Porro cum uoto impliciti sunt superstitionis cultus, certum est ex secundo mandato decalogi tale uotum non placere Deo.

Cum enim dicitur, non usurpes nomen Dei uane, uetas etiam se inuocari per uitiosos cultus, ideo ^H uota superstitionis irrita sunt, qualia sunt, si cœlibatus existimetur opus excellens propter quod siat Deus placatior homini, si coniugium putetur aut non placere Deo, aut uix placere, aut uita genus polluens sacerdotes, aut administrationem Sacramen-

In scriptum Protestantium Nonum

cramentorum, cum scriptum sit, omnia munda mundis.

Sed de hac tota causa referimus nos ad ¹ cætera nostra
scripta de coniugio, & de uotis monachorum, quorum uis
tæ genus ut fuit hactenus, quam multum habeat errorum
alibi declarauimus, quod cum ita sit renouari eos errores
aut stabiliri nollemus, & cum in multis locis ² desint sti-
pendia pastoribus Ecclesiarum, & docentibus literas ac
scholasticis pauperibus, necessitas publice postulat præcipue
illis ex redditibus monasteriorum cōsuli, nemo militat suis
stipendijs inquit Paulus, & hæ opes dætae sunt Ecclesijs ad
conseruationem ministerij, et literarum, ideo hinc stipendia
sumantur, ut Ecclesiæ ministros habeant, & doctores ac
pauperes scholastici ali possint.

A Lex de celibatu per se sancta, & bona est, & peperit in Ec-
clesia uirtutes plurimas, & exempla sanctimoniae in tot Miliibus
Monachorum, sacerdotum uirginumq; ueteris disciplinæ. Quod
autem nunc à multis non recte seruatur, non legis est culpa, sed
prælatorum qui uitia non corrigunt, & crapulole uiuentium Cle-
ticorum qui ueterem disciplinam, & sobrietatem non custodiunt.
Ipsa autem lex consentanea est scripture sacræ, Vbi dominus ait
Leui. i 8. sancti estote, quoniam & ergo sanctus sum, Et propheta
Esa. 52. Mundamini qui fertis uasa Domini, Et Christus in Euan-
gelio, sunt Eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum ce-
lorum.

B Paulus ipse celibatum sanctissime custodivit, & uellet omnes
esse, sicut ipse erat, Et aperte dicit, Qui uirginem suam matrimo-
nio non iungit, melius facit, Et post Paulum tot seculis fuerunt
multi sanctissimi Episcopi, & sacerdotes alij celibes, quorum nul-
lus celibatum dæmoniorum doctrinam uocauit neq; legem de ce-
libatu reprobauit, Acerreme autem reprobauerunt eos qui à uo-
to celibatus ad coniugium transferunt, Quintam leges publicæ
poenam Capitis statuerunt in eos qui sacras uirgines ducere aut
corrumperet nefario ausu præsumerent, falsa sunt igitur quæ hic
in contrarium afferuntur.

C Paulus nequam uult, presbyteri esse maritum, quia aperte
te conse

te contrarium uult, dicens 1. Cor. 7. Volo autem omnes uos homines esse sicut me ipsum, Ait quidem 1. Timo. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum. Sed per haec uera nequaquam imponit nubendi necessitatem presbyteris aut Episcopis, sed uult, ut non sint Digami, Nam nec Timotheus nec Titus, quos ipse Episcopos ordinauit, mariti fuerunt, Nequiter autem aliter allegantur hic uerba Pauli quam textus habet, Quia ex Apostatis, & nouis concionatoribus plerique sunt, quibus haec uerba Pauli, Esse unius uxoris virum, ruborem & confusionem pariunt.

D Optime nimis constitutum fuit, Euangelij ministerium ab Apostolis, et eorum successoribus, quando maxime uiguit lex de celibatu, Nec eam sustulit uspiam Paulus, Nec celibis permisit in ministerio uxorem ducere, sed contrarium dicit aperte 1. Tim. 5: Habentes (inquit) damnationem, quia primam fidem irrita fecerunt. Ante uotum quidem liberum est unicuique nubere, sed non post.

E Apud ueteres durior iniuncta est poenitentia ihs qui contra uotum contraxerunt, quam iniungitur hodie, Ut est uidere in Hiero, Chryso, Ambro. &c. atque in Canonibus poenitentialibus.

F Non in uoto continentiae, sed in animis corruptorum hominum haerent superstitiones opiniones. Omnia autem superstitionissima est opinio eorum, qui bona opera, etiam optime facta, dicunt esse peccata, sicut docet Lutherus.

G Dicatum Syrich Papae conforme est doctrinæ Pauli 1. Cor. 7. ubi ait. De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do. Ex ultimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Si nupserit uirgo, non peccauit, Tribulationem tam carnis habebunt huiusmodi. Item, Volo autem uos sine sollicitudine esse, Qui sine uxore est, sollicitus est que domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuinus est.

H Non sunt uota continentiae superstitiones, sed pia, quia per ea castrant se homines propter regnum cœlorum Mat. 19. & expeditores sunt ad seruendum Deo, sicut ait Apostolus. Mulier inupta, & uirgo cogitat que domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu, Que autem inupta est, cogitat que sunt mundi, quomodo placeat Deo. Et utique excellens opus est, in carne præter car-

In scriptum Philippi

Nem vivere, & mortificare membra, ut liceat cū Paulo dicere. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Item, Viuo autem iam nō ego, uiuit uero in me Christus, Gal. 2. Item. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixi erunt cum uicīs, & concupiscentijs Gal. 5. I. Cætera eorum scripta nihilo sunt meliora aut ueriora istis, omnia carnem sapiunt, & spiritum extinguunt.

K. Ante has seatas nouas nec^q pastoribus, nec^q scholarum recto-ribus deerant st^t pendia, nec^q penuria aut paucitas erat sacerdotiū, & scholarium, sicut nunc est, & Dominus alebat omnes, Quanto plus dabat populus presbyteris, Monachisq^b, & scholaribus, tanto plus abundabat Dei benedictione in omnibus bonis, Nunc per seatas omnia in contrarium sunt mutata, apud quas modo non licet nec^q sacerdotibus de altari uiuere, nec^q Monachis, & pauperibus scholasticis a populo Eleemosynam petere, nec in Monasterijs uirginum, & Monachorum cultum Dei peragere. Ideo Deus iusto Iudicio pro prioribus bonis dat nobis omnia maledictionis incommoda, dicens per Esaiam, Ego dominus, & non est alter, faciens pacem, & creans malum. Et per Amos prophetam. Ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. Item si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Nisi igitur conuersi fuerimus à nouitatibus istis pessimis, nunquam in bonum erunt oculi domini super nos.

JOHANNES COCHLAEV S
Pio lectori,

Post peractum colloquium, & post IX. exhibita scripta Pro-testantium, adiecit in editione sua Philippus Melanchthon Decimum scriptum, cæteris multo prolixius, circa articulū de Pœnitentia, In quo inani (ut mihi uidetur) uerbositate prolixæ per sex folia differit de confessione, quod nō sit necessaria Delictorum enumeratio seu omnium seu paucorum, Et hanc conclusio-nem (que utique contraria est non solum authoritati Ecclesiæ, Cō-nes Phil. cō-ciliorumq^b, & sanctorum patrum decretis, uerum etiam sacræ scri-stra delicto-pturæ, & rectæ rationi sensuicque communi) nullis alijs probatio-nibus demonstrat aut præsidjs firmat, nisi hisce tribus ratiuncu-lis à seipso excogitatis, & nulla prorsus autoritate firmatis, Qua-rum prima est (inquit) quod hæc enumeratio existimatur esse cul-tus, &

bus, & meritum remissionis, Secunda, q̄ dicitur postulari, ut possit
indici satisfactio, Tertia, quod lex de enumeratione adducit con-
scientias in dubitationem, quæ extinguit fidem, Hæ sunt eius ma-
chinae uniuersæ, quibus Ecclesiam Dei, & tot s̄culorum consue-
tudinem, & obseruationem pr̄sumit expugnare, Has in ludicros
verbos extendit Syllogismos, In quibus ne unum quidem uerbū
uideas uel ex factis literis uel ex sanctis patribus mutuatum, sed
mera sunt proprij capitjs sui commenta.

Dicat igitur nobis, si potest, Quæ nam scriptura aut quis do-
ctorum dicat, eam enumerationem esse cultum, & meritum remis-
sionis, aut quis prohibeat indici satisfactionem, aut quis affirmet
delictorum enumeratione adduci conscientias indubitationem
quæ extinguit fidem. Ita ne satis est quod ipse sic dicit: O nouū
& nimis impudentem Pithagoram, qui sibi contra scripturam, &
omnes Ecclesiæ doctores credendum esse existimat, propter tam
aniles, & ex proprio capite cōfictas nugas, uerius quam rationes,
quæ neque in uerbo Dei neq; in ulla alia legum, Canonum, Do-
ctorum, aut historiarum autoritate sunt fundatæ, aut probabili
saltē ad homines persuasione munitæ.

Clarissima nobis sunt uerba Christi, quibus probatur, necessaria-
tiam esse in confessione delictorum enumerationem, Quæcunq; Ioh. 20.
alligaueritis (inquit) super terram, erunt ligata & in coelo, et que-
cunq; solueritis &c. Item. Accipite spiritum sanctum, Quotum
remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, rete-
na sunt. Hæc ad discipulos suos dixit ipse Dominus, Dicat ergo
nobis Philippus, quomodo sacerdos possit aut debet ligare aut
retinere peccata confitentium, si non lint ei per enumerationem
manifestata. Esto sane, q̄ possit soluere non enumerata, ea uideli-
cer quæ non sponte retinentur, sed per obliuionem aut inuicibile
ignorantiam (de qua Dauid ait Psal. 18. Delicta quis intelligit, ab
occultis meis munda me) à confitente omittuntur, In quibus mi-
sericordia superexaltat iudicium, Qua autem æquitate aut iusti-
tia poterit ligare aut retinere peccata, de quibus nihil sibi constat
Nihil sane de ihs constabit sacerdoti, nisi fuerint sibi per confessio-
nem enumerata, Homo enim est, non Deus, Ideo de occultis iu-
dicare neq; debet neq; potest. Scriptum est enim, Homo uider ea
quæ patent, Dominus autem intuetur cor.

Repugnat item rectæ (ut dixi) rationi & sensui communi, ut i. Reg. 16.

GG q̄ fiat con-

In scriptum Philippi

fiat confessio absq; delictorum enumeratione. Quid enim aliud est confiteri peccata quam enumerare aut commemorare atq; dicitur peccata? Quærat saltem ex Grammaticis, Poeticus iste Thesaurus, quid sit confiteri peccata. Et an idem sit Confiteri peccata, & Petere absolutionem. Noui enim isti Euangelistæ, peruersi laicorum adultores, et sacerdotum osores, docent populos suos, non confiteri peccata sacerdoti, sed absque enumeratione petere ab eo absolutionem. Non enim pro Iudice, qui inter lepram, & lepram, aut lepram, & non lepram discernat, sed pro ministro tantum habere uolunt sacerdotem, qui statim absq; omni inquisitione, contradictione, & recusatione, dare debeat absolutionem, siue sciat si ue nesciat, à quibus peccator absolui petit. Petunt autem laici eorum absolutionem Imperiose, absq; humilitate, quia utuntur sacerdotibus suis solummodo tanq; ministris, non tanq; Iudicibus.

Eccle. histo. At longe modestius religiosiusq; docuit de sacerdotibus sentire Laicus ille decantatissimus, Constantinus Magnus. Cuius hec lib. 10. c. 2. sunt iherba ad Episcopos in Niceno Concilio, Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit de nobis quoq; iudicari. Eccle. triplex lib. 7. c. s. et in Decreto dist. 63. c. ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter uos expeditum est. Valentinianus. statur iudicium. Sic & Valentinianus maior, post Julianum Augustus. postulat factus Imperator, ad Episcopos ita scripsit. Talem in pontificali constituite sede, Cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tanquam homines delinquimus, necessario ueluti curantis medicamina suscipiamus. Talia permulta de authoritate, & dignitate sacerdotazli (quam isti laicorum assentatores, & Cleri hostes nefarie contemnunt, & uelut immundi porci conculcant) habentur passim in historijs, et in libris S. Patrum, præsertim Dionysij, Ignatij, Cypriani, Augustini &c. Hic breuitatis gratia duos tantum breves recitabo Canones, ex prima in Decretis de poenitentia distinctione, quorum prior S. Ambrosij, posterior S. Io. Chrysostomo est.

Non potest (inquit S. Ambro. In lib. de Paradiso) quisq; à peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus, Item Iohannes dist. 1. c. nes os aureum sic habet. Perfecta poenitentia cogit peccatorem, Non potest omnia libenter sufferre, In corde enim contritio, in ore confessio, & c. perfecta in opere tota humilietas, haec est fructifera poenitentia. Et adhuc multo clariora habent ambo isti S. Patres in ijsce scriptis suis scriptis &

De occultorum delictorum Confessione.

22

cum & Grego. Nazanzenus) in quibus ex proposito tractant de dignitate sacerdotali, quam omni seculari potestati longe magis praeferunt, quam plumbo præfertur aurum. Quis est autem Melanchthon, laicus iste Theologus, ut fide dignior uideri queat ḡ Ambrosi⁹ aur Chrysostomus: Certe ḡ nullius sint ponderis aut momenti Tres ratiunculæ eius, quas contra peccatorum enumerationem protulit, iam supradictum est, Breuitatis autem gratia ex tædioſa eius prolixitate paucos colligam articulos, per transcurſum breuiſſime conſutandos.

Puniat (inquit) Ecclesia flagitosos excommunicatio I.
ne, acribus contionibus, increpationibus pastorum. Coher-
ceantur omnes metu ciuiliū legum, & poenarum. Hi
ſunt nerui disciplinæ proprij.

Constat autem, longe plura esse in populo, et Clero peccata pri-
uatim, & occulte quam publice ac manifeſte. Ecclesia autem et Ma Disciplina
gistratus ſolam publica & manifeſta iudicant, & corripiunt, Oc- pér confessio-
cula autem, & priuata ſaluberrime commodiſſimeq; corrigitur nem conſer-
tur a ſacerdotibus in confeſſione ſecretra. Corrigi autem ab eis nō tur-
poterunt, niſi enumerentur, quia non poſſunt intueri corda ho-
minum ſicut Deus, ſublata igitur enumeratione, tollitur maxima
pars in populo ſalutaris disciplinæ.

Quanquam noſter articulus talis eſt, ut & ad disciplis II.
nam proſit, & medeatur conſcientijs.

Non prodeſt ad disciplinam, cœlare uulnus, & tetricere peccata Coc.
priuata, & occulta, quorum multa plura ſunt quam eorum quæ Mederi con-
ſunt publica, & manifeſta. Nec medetur conſcientijs quando reſcientijs.
ticeantur, Norunt enim conſcientiæ, ſe Deum offendifle, quantum
cuncip occulta ſint hominibus peccata, Nouit item recta ratio, ni-
hil eſſe confeſſionem, quæ peccata non enumerat, Non poſt eis
igitur mederi ſacerdos, cui uulnera ſtudioſe occultantur, Manent
itaque conſcientiæ coram Deo ligatæ, quia cœca eſt abſolutio, ubi
neſcit ſacerdos, an ſoluere an uero ligare debeat.

Dixerunt Aduersarij, enumerationem eſſe meritum re III.
missionis.

Vbi hoc dixerunt? calumnia eſt, & friuola excuſatio. Non e= Coc.
nim dicimus ita, ſed dicimus enumerationem eſſe ipsam confefſio
G G iii ncm,

In scriptum Philippi.

nem, Quod si peccata sint talia, ut retineantur potius quam remis-
tantur, ex enumeratione id discernere poterit sacerdos. Clauis
enim potestas non solum ad remissionem, sed etiam ad retentio-
nem se se extendit, ut clarissime docent uerba Christi:

III. Sequitur perpetua dubitatio, si sentiendum est, enumera-
tionem necessariam esse. Hec dubitatio extinguit fidem.

Coc. Necessariam esse enumerationem, conuincunt uerba Christi de-
soluendo, & ligando, de remittendo & retinendo, quia sacerdos
non intuetur cor, ut Deus, Non cognoscit igitur peccata, nisi enu-
merentur a confiteente, nec quis confitens recte dicitur, qui nichil es-
numerat, Ad confessionem itaq; necessaria est enumeratio. Quod
autem ait Philippus, sequi ex enumeratione perpetuam dubita-
tionem que extinguit fidem, Id nude absq; omni probatione dia-
cit. Quod certe grauis est iniuria atq; calumnia in pios maiores
nostros, et in omnes Catholicos, qui tot retro seculis in reu con-
fandi enumeratione diligenter ac religiose sunt usi. Absit autem
ut dicamus aut suspicemur eos talem inde habuisse dubitationem
que fidem extinxerit, Quia omnes essent damnati, eo quod sine
dei impossibile est placere Deo Heb. ii.

V. In Ecclesijs nostris (inquit) nemo admittitur ad com-
munionem, nisi prius exploratus, & absolutus sit a pa-
store seu Diacono. In eo colloquio multi petunt cōsilia etc.

Coc: Quomodo exploratus est qui peccata non enumerat? Cur col-
loquium potius quam Confessio dicitur? Nos autem de confes-
sione, non de colloquio hic contendimus. Enumerationem enim
delictorum ad confessionem, non ad colloquium, necessariam es-
sedicimus.

VI. Quamquam speciosa est oratio de disciplina, tamen hic
cogitemus dictum Pauli, qui inquit, Humanas tradicio-
nes habere speciem sapientiae.

Coc. Non contra confessionem, neq; contra Ecclesiæ traditiones,
2. Timo. 3. sed contra hæreticorum doctrinas dicit Paulus, Habentes quidē
speciem pietatis, uirtutem aurem eius abnegantes, Impia igitur
& nequam est haec contra enumerationē allegatio, qua plus Pau-
li sensus depravatur, & perueritur. Confessio autem seu delictos-
rum enumeratio fundata est in uerbis Christi, ut dictū est supra.
Vulgare

De occultorum delictorum Confessione:

Vulgare argumentum est, In iudicio nemo potest absolve VII.
lui, nisi præcedat cognitio. Hic fit absolutio. Ergo necesse
est præcedere cognitionem. Respondemus, Maiorem esse
veram de iudicijs, non de ministerio. In quo absoluens non
est iudex, sed habet mandatum, ut impetrat beneficium.

Absoluere spectat utique ad potestatem Iudicis. Quisquis igitur Coc.
a sacerdote absolutionem petat agnoscit se in conscientia sua re^m Sacerdos in
um, & agnoscit sacerdotem, cui confitetur, in foro conscientie pro Confessione
iudice. Quemadmodum supra ex uerbis magnorum Imperato^r Iudex est.
rum Constantini Magni, & Valentiniiani primi probatur. Ha-
bet autem sacerdos Christi mandatum, non solum ad absoluendus,
sed etiam ad ligandum, & ad retinendus peccata. Est igitur Iudex, quia
potest soluere, et ligare, impetrari beneficium absoluendus, et irrogare
ligament retentionis. Fallit ergo lectors Philippus, qui Euangelij,
& mandati Christi partem dicit, & partem tacet, dicit quidem de
solutione, & remissione, tacet autem de ligatione, & retentione.
Fraus est igitur in ea truncatione textus, & sacrilegium, auferens
do alteram partem de uerbo Dei.

Deus prohibuit onerari Ecclesiam traditionibus humanae VIII.
nis, Vult cultus esse quos ipse tradidit, non quos excogitat
humana superstitione. Propter has grauissimas causas dimis-
cat Paulus de abrogatione legis.

Multa est in his uerbis fraus, et improbus fallendi studium. Certe Coc.
oris confessio, et peccatorum enumeratio non est humana superstitione
sed diuina traditio, in uerbis Christi fundata. Et Ecclesiæ precepta
Synodorum Generali de cunctis, non humanae sed diuinæ potius sunt
traditiones, auctore spiritu sancto condita, qui cum Ecclesia manet
in æternum. Non est igitur enumeratio delictorū ab humana super-
stitione excogitata, sed fundata (aut sepe dictum est) in uerbo Dei. Blasphemia
Dicere autem legem (quam Petrus et Paulus fidelibus Christi imponunt contra legem,
ni uerabant) humana seu traditione seu superstitionem, non levis
est blasphemia, contra totam scripturam, que testatur legem a

Moysè diuina autoritate latâ esse, Sunt et alia non pau-
ca in hoc decimo Philippi scripto, uerbose cetera
ris superaddito, que iuste reprehendi que-
ant, Sed habenda est mihi nunc
ratio breuitatis

111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

DECEM ET OCTO CTO PROPOSITIONVM DE

Peccato reliquo in Renatis, Vuitenbergæ post Cons
uentum Vuormatiensem, anno a CHRISTO
nato M. D. XLI. disputatarum An
tithesis, per IOHANNEM
COCHLAEVM.

I.

Multæ graues, & magnaæ causæ sunt, quare necesse sit Philippus.
doceri Ecclesiæ, quod in renatis sit reliquum peccat
um.

I.

In renatis non manet reliquum peccatum ullum propriæ dictū, Cochlæus.
scut in mari rubro nullus Aegyptiorum reliquus remansit, fuit
enim meritis illa figura Baptismi 1. Cor. 10. Aegyptij autem figura
peccatorum.

II.

Nam qui fingunt renatos sine peccato esse, imaginantur Philippus.
tur eos legi Dei satisfacere, & hanc qualiscumque obediens
tiam esse legis impletionem.

II.

Renati infantes utique sine omni peccato sunt, & Innocentes manifestat Cochlæus.
ment, quo usque per usum rationis, liberum habentes arbitrium, ad
malum declinant. In Infantia enim nesciunt boni, & mali distin
tiam. Deut. 1. Adulti quoque qui renati sunt, per gratiam Dei, pos
sunt legi Dei satisfacere, & sine peccato mortali esse.

III.

Ita amittitur discriimen inter iustitiam Philosophicam, Philippus,
& iustitiam fidei, & obscuratur doctrina de iustitia fidei.
Denique horribili caligine obruitur Euangeliū.

In XVIII. Propositiones de Peccato

III.

Cochlaeus.

Iustitia fidei non excludit obedientiam legis, sed requirit eam, Iustitia enim fidei non est sine charitate, Qui autem Christum diligat, mandata eius seruat. Iohan. 14. Euangellum igitur observatione mandatorum Dei non obscuratur, nec obruitur, sed illustratur potius, & adimpletur. Math. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine.

III.

Philippus.

Ac ne quid erroris sit in appellationsibus, primum defensio peccatum, esse defectum, aut inclinationem, aut actionem in uoluntate, aut uiribus obtemperantibus, pugnante cum lege Dei, offendentem Deum, seu promerentem iram Dei, & aeternas poenas, nisi fuerit facta remissio seu condonatio. Haec est uera, & perspicua definitio peccati.

III.

Cochlaeus.

Peccatum proprium dictum recte definitur ab Augustino, quod sit dictum, factum aut cogitatum contra legem Dei, Concupiscētia autem, quae remanet in carne, si ei uoluntas non consenserit, non est dictum, factum aut cogitatum contra legem Dei, ergo non est proprium peccatum.

V.

Philippus.

Manent autem in renatis, caligo in mente, quae parit dabitationes de Deo horribiles, & in uoluntate defectus timoris, & amoris erga Deum, & multi uiciosi impetus. Manet & contumacia inferiorum uirium, quas uoluntas, ut debet, regere non potest, nec ipsæ obtemperant. Sed fertur et quis auriga, nec audit currus habendas.

V.

Cochlaeus.

Caligo in mente, quae remanet in renatis, et si defectus est, non est tamen proprium peccatum, nisi uoluntati nostræ placeat, si cur placet illis, qui dicunt. Nolite nobis aspicere ea, quae res cetera sunt. Esa. 30. Si autem displaceat nobis ille defectus, & placet nobis lumen fidei, caligo illa, & ignorantia multarum rerum etiam coelestium, animæ salutem non impedit, quia non est ignorantia

Antitheses Io. Cochlaei,

2

rantia affectata . De qua dicitur 1. Cor. 14. Si quis ignorat ignorabitur.

VI.

Nec ociosa est haec naturae prauitas , sed assidue parit Philippus.
uiciosos motus,dubitaciones, dissidentiam,carnalem secus
ritatem,amorem , & admirationem sui,admittit illecebras
inconcessas &c.

VI.

Etsi formes peccati, qui remaneret renatis, non est ociosus, sed pa= Cochlaeus.
tit motus uiciosos, Illi tamen motus non sunt per se peccata, nisi
ratio, aut uoluntas in eos consenserit . Si autem resistat, magis ad
meritum, & ad uirtutis exercitium profunt, quā q̄ noceat saluti, aut
q̄ imputentur ad reatum, sicut dictum est Paulo Apostolo. Vir= tus in Infirmitate perficitur. Et uincenti huiusmodi motus pro=
mittitur in Apocalypsi, corona, manna absconditum, & nomen
nouum.

VII:

Haec mala, hoc est, ipsa naturae prauitas , & motus inde Philippus.
orti etiam in renatis, sunt sua natura peccata, etiamsi condo= nuntur renatis.

VII.

Eiusmodi motus non sunt sua natura peccata in renatis, sed si= Cochlaeus.
unt peccata proprie dicta ex consensu uoluntatis illis accidente,
Resistente autem uoluntate, ac praevalente, ac regnante in nobis
spiritu pariter a pugna, qua temptationibus carnis resistitur, uirtute,
temperantiae & meritum. Est enim egregia laudabilisq̄ uirtus. In
carne praeferre carnem uiuere, & in mortali ac corruptibili corpore
angelicam ducere uitam.

VIII.

Magnes est lapis trahens ferrum nisi impediatur. Si allio Philippus.
 fuerit tinctus, non trahit ferrum, & tamen Natura Magne
tis manet.

VIII.

aa ij Sicut

In XVIII. Propositiones de Peccato

Cochlaeus.

Sicut Magnes allio tinctus non trahit ferrum. Ita caro per Spiritum mortificata, non trahit peccatum, licet per peccatum originale deprauata ad peccatum inclinet, atque etiam peccatum pariat, si regnet ac proualeat, Vbi autem praeponatur spiritus, et recta ratio, motus carnis non inducunt culpam, aut reatum, quia iniurias infundit, & non sunt uoluntariorum. Omne autem peccatum proprium dictum in renatis uoluntarium est, teste Aug.

IX.

Philippus.

Ita recte, & plane loquuntur prophetæ, et Apostoli, cum iustis tribuunt peccatum. Nam peccatum est quod pugnat, cum lege Dei, offendit Deum, seu meretur iram Dei, & aeternas poenas, nisi fuerit remissum.

IX.

Cochlaeus.

In iustis est quidem aliquod peccatum ueniale, quia nemo in hac mortali uita adeo perfectus est, ut nunquam peccet. Sic ergo motus somnis, si eis non resistit spiritus, sunt uenialia peccata, dummodo in eos uoluntas non consentit. Si autem consentiat eis uoluntas, fiunt peccata mortalia, & ex iustis iniustos faciunt. Iuxta illud Iacobi. I. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, Peccatum uero cum consummatum fuerit generat mortem.

X.

Philippus.

Manet natura peccati, etiam si remissio accedit, qua iam tollitur reatus, hoc est, Deus irasci desinit, & obligationem ad poenam aeternam aufert.

X.

Cochlaeus.

Aliud est caro peccati, aliud ipsum peccatum. In renatis igitur remanet quidem natura carnis, sed non natura peccati, quia peccatum baptismino tollitur, & expulsa peccati culpa, infunditur per Sacramentum, & operationem Spiritus S. gratia. Nemo autem potest simul, & semel esse in gratia Dei, & in ira Dei, seu in peccato, quod meretur iram Dei, & aeternas penas. Non igitur remanet in renatis natura talis peccati.

XI.

Philippus.

Hæc faciliora, & planiora sunt, quam quæ ab alijs de materiali, & formali hoc loco dicuntur.

XI.

XI.

Longe clarissimi exprimunt Ecclesiae doctores, & uim peccati Cochlæus. Originalis, & uirtutem baptisimi, dum docent per baptismum tolli formale illius peccati, id est culpam. Remanere autem materiale peccati, id est, somitem seu carnis concupiscentiam quam, faciunt noui doctores, qui novo modo contendunt in renatis remanere naturam peccati, sed non imputari. Quid enim aliud est natura peccati quam culpa, aut reatus? Tollitur autem culpa per baptismum. Ideo natura peccati non remanet in renatis.

XII.

Sed ne de uocabulo uideantur rixari, illud defendimus, Philippus. Reliquam in renatis in mente caliginem, in uoluntate, & appetitu sensu contumaciam seu concupiscentiam, ut vocant, non esse quiddam indifferens, aut poenam tantum, sed quiddam pugnans cum lege Dei, de quo fide petere, & amplecti condonationem debemus, sicut inquit Augustinus. Manet infirmitas, de qua petendum est, Dimitte nobis debita nostra.

XII:

Caligo in mente, et concupiscentia in uoluntate, & appetitu sensu, que remanet in renatis, non pugnat cum lege Dei, nisi uoluntas in eam consentiat. Ideo non est peccatum per se, pro quo perenda sit condonatio, quia in ipso baptismo iam facta est omnis peccati condonatio plena, & perfecta. Iraq; quando petimus, dimitti nobis debita nostra, non remanentem concupiscentiam, sed uenialia peccata per eam in nobis nata dimitti petimus. Ipsa enim manet semper in hoc mortali corpore, peccata autem dimissa transiunt.

XIII.

Quotidie cum incipis precationem ad Deum, obstrepit Philippus. agnitione propriæ indignitatis, Hic satendum est, haec mala esse peccata, & credendum, quod propter filium Dei uere placeamus Deo, & exaudiatur, non propter nostram dignitatem.

In XVIII. Propositiones de Peccato

XIII.

Cochleus.

Agnitio propriæ indignitatis non est peccatum, sed salutare pœnitentia exordium, & uenię impetramentum, sicut ait David, Psalm. 31. Dixi confitebor aduerterum me iniustiam meam domino &c. Credimus ergo nobis propter Christum remitti peccata nostra, & per eum nobis placari Deum ac preces nostras exaudiiri, sed ita si egerimus pœnitentiam. Ait enim ipse Dominus Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Quod autem non semper exaudiuntur preces nostræ, non in Christo sed in nobis defectus, & culpa est, sicut scriptum est. Isa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deum uestrum.

XIII.

Philippus.

Hæc exercitia ignorant, qui tantum pœnam, & indifferens esse concupiscentiam putant.

XIII.

Cochleus.

Quamvis autem concupiscentia remouens in renatis non sit proprie peccatum, sed poena peccati, quia tamen inclinat ad peccandum, adeo ut etiam magnus ille Apostolus Paulus ter Domini nunc rogarerit, ut discederet ab ipso stimulus carnis suæ, angelus Sathanæ, qui eum colaphizabat, Nos merito aduersus hunc honestum nostrum domesticum, & intrinsecum uigilare debemus, ne nos in peccati uoraginem precipitet, Non enim frustra ait Dominus. Quod uobis dico, omnibus dico, uigilate Mar. 13.

XV.

Philippus.

Vocamus autem concupiscentiam, non appetitiones ipsas, aut storgas conditas a Deo, sed depravationem.

XV.

Cochleus.

Concupiscentia igitur, quæ non peccatum per se sed poena peccati in renatis recte dicitur, depravatio quædam est, corruptæ naturæ ad malum inclinans, cui per uoluntatem resistendum est, ne concipiatur pariatq; peccatum, quia prauum est cor hominis, & ad malum ab Adolescentia usq; pronum Gen. 8.

XVI.

XVI.

Inuocatio in dubitatione, hoc est cum dubitat mens, an Philippus.
Deus tibi inuocanti sit propitius est Academica, & impia
inuocatio, non est cultus Dei.

XVI.

Inuocatio, in qua dubitatur an Deus sit Inuocanti propitius, **Cochlearius.**
non est Academica nec impia, sed humili ac Deo accepta pro-
prie indignitatis agnitus. In sacris literis approbata lohel. 2. &
Iona 3. Quis scit si conuertatur, & ignoscatur Deus. Et Dan. 4. For-
itan ignoscet Deus delictis tuis. Licet igitur nos dubitare, an sit
nobis Deus propitius, si enim non dubitamus eum nobis propis
cium iam esse, & iram suam a nobis auertisse, antequam oramus,
ut quid oramus ut sit propicius nobis, dicentes in laetitia, Propici-
cius esto, parce nobis Domine? Hæc tamen dubitatio non est ex
parte Dei sed ex parte nostri, qui peccatis nostris iram Dei incur-
rimus.

XVII.

Nam in Inuocatione semper oportet per mediatorem Philippus.
Christum petere, & fide statuere, quod Deus sit tibi inuoca-
ti propicius, ac uelit inuocari, & quod preces non sint irri-
tæ, etiam si euentus in periculis corporum alias aliter gu-
bernat.

XVII.

Non licet quidem dubitare de mediatore Christo neq; de bo- **Cochlearius;**
nitate, & misericordia Dei, sed de nobis ipsis. Nescit enim homo,
utrum amore an odio dignus sit Eccle. 9. Ait itaq; propheta Esa.
59. Ecce non est abbreviata manus Domini ut saluare neque-
at &c.

XVIII.

Certo tamen agens poenitentiam statuere debet se fide Philippus.
accipere propria Euangelij beneficia, quæ nominatim ius-
sit Deus peti, & expectari, uidelicet remissionem peccato-
rum, iustificationem, & uitam æternam, iuxta illud, Qui
confudit in dominum, non confundetur.

XVIII.

In XVIII. Propositiones de Peccato

XVIII.

Cochlaeus.

Inuocans igitur Deum peccator, per Christum sibi ignosci pessens, proculdubio ueniam consequitur, si poenitentiam egerit ut oportet: Si autem sola fide, reiectis, omissis, aut contemptis operibus poenitentiae, ueniam consequi præsumperit, Dicens cu[m] opes rario iniquitatis, & cum fatuis uirginibus, Domine Domine, aperi nobis, merito timere debet illud Domini responsum. Nescio uos Math. 7. &c 25.

Propositionum

XXX

XXXI

XXXII

XXXIII

PROPOSITIO^s NUM VIGINTI VNIUS DE

Differentia promissionum Legis, & Euangelij, et
de fide iustificante, Vuitenbergæ. Anno Do-
mini M. D. XLV. disputatarum, Ans-
tithesis per IOHANNEM
COCHLAEVM.

I.

Discernendæ sunt promissiones additæ legi, et illa, quæ Philippus.
est Euangelij propria, uidelicet promissio reconcilia-
tionis propter filium Dei.

I.

Non est necessaria noua ista inter promissiones legis, & Euan= Cochlaeus.
gelij distinctio. Omnem enim Dei promissionem ueram esse opor-
ter, quia non est Deus quasi homo ut mentiatur. Num. 23. Recon-
ciliatio autem in lege quoq; sicut & in Euangolio, per fidem in si-
lum Dei facta est, sicut scriptū est Apoc. 13. Liber uitæ agni, qui
occisus est ab origine mundi.

II.

Paulus ait promissionem Euangelij propriam, gratuitā, Philippus.
et fide accipiendam esse, Rom. iiiij. Ideo ex fide gratis, ut fir-
ma sit promissio.

II.

Non solum promissio, sed & comminatio fide accipienda est, Cochlaeus.
Non enim minus credendum est huic comminationi, Qui mala
egerunt, procedent in resurrectionem iudicij, Quam huic promis-
sioni, Et procedent qui bona egerunt in resurrectionem uitæ Ios-
han. 5.

III.

Cum accipi promissionem fide oporteat, fides necessaria, Philippus.
bb rno

In XXI. Propositiones de fide
rio significat assentiri illi promissioni, & cum dubitatione
pugnat.

III.

Cochlaeus. Nec de promissione neq; de comminatione Dei dubitare licet
Christiano, sed firmiter credendum est omni uerbo Dei, quod Deus
us mentiri non potest.

III.

Philippus. Ergo impie obruunt Euangeliū, qui semper iubent du-
bitare, an Deo placeamus, & docent eam dubitationem
non esse peccatum.

III.

Cochlaeus. Aliud est dubitare de promissiōe Dei, aliud de uita hominis an
Deo placeat. Dubitare sane de promissiōe Dei semper peccatum est,
Dubitare autem de seipso, aut de uita sua, an Deo placeat, non est
peccatum. Paulus. n. qui longe perfectior erat q; nos sumus, dixit
(ut uir timoratus ac minime presumptuosus, aut in se se confidet)
Nihil mihi conscientia sum, sed no in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4.

V.

Philippus. Hac dubitatione filius Dei cōtumelia afficitur, quia que-
ritur reconciliatio non propter filium Dei, sed propter di-
gnitatem propriam.

V.

Cochlaeus. Tali de seipso dubitatione homo neq; obruit Euangeliū neq;
contumelia filium Dei afficit. Quia scriptum est Prover. 18. Beas-
tus homo qui semper est pauidus. Ideo recte ac pie dixit David.
Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustifica-
bitur in conspectu tuo omnis uiuens. Psal. 142. Qui autem de seip-
so presumpit, & in se confidit, quod Deo placeat, si fedarguitur iu-
euangelio cum Pharisaeo illo, qui Deo gratias agebat, quod non
esset sicut cæteri hominum. Luc. 18.

VI.

Philippus. Et ambigenti animo exxititur consolatio. Et corrum-
pit præcipuos Dei cultus dubitatio.

VI.

Antitheses Io. Cochlaei.

VI.

Ambigenti de se ipso an Deo placeat, non deest Euangelica cō Cochlaeus solatio. Math. 7. petite, & dabitur uobis, Quærite, & inuenietis. Pulsate & aperietur uobis. Et Math. 11. V enite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego resciari uos. Præsumptio autem de se ipso corruptit uerum Dei cultum, & maxime reprehenditur à Christo, ut dictum est, & à Psalmista Psal. 9. Non est Deus in conspectu eius, Inquinatae sunt uiæ illius in omni tempore. Et Psal. 11. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, Quis noster dominus est.

VII.

Nam Inuocatio dubitantis, an Deo curæ sit, an placeat Philippus Deo, an audiantur suæ preces, est Ethnica inuocatio, & nihil differt ab inuocatione, quam recitat Verg. Ante genitor cum fulmina torques, Nec quicquam horremus.

VII.

Inuocatio dubitantis de se ipso, an Deo placeat, non est Ethni= Cochlaeus ca, sed pia ac Christiana, per quam orant ac desyderant sancti plazere Deo, sicut ait David Psal. 55. Ut placeam coram Deo in lumine uiuentium. Cæterum dubitare an Deo curæ simus, & an p̄x es nosstras audiat non licet Christiano, scimus enim nos Deo curæ esse, & omnia audire quæ dicimus. Et non dicimus, sicut dicunt non recte aliqui, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginē iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra confyderat Job. 22.

VIII.

Dubitatio parit contemptum, aut odium Dei. Hęc sunt Philippus peccata, quæ ut Paulus ait, per legem existunt.

VIII.

De deo dubitare non licet Christiano, nec lex de Deo dubita= Cochlaeus re docet, falsum est igitur quod dubitationes de Deo sint pecca= ta, quæ per legem existunt, Nec hoc uspiam Paulus dicit.

IX.

Recte Iacobus inquit, petat in fide non hæsitans,

Philippus
bb ij IX.

In XXI. Propositiones de fide

IX.

Cochlaeus. Recte quidem docet S. Iacobus, petere fide non hæsitando, Deus enim omnia potest dare, quæ petimus modo iusta, & rationabilis sit petitio nostra, Veruntamen de nobis semper dubitare licet, an digni simus, ut preces nostræ exaudiantur a Deo, & an preces nostræ recte siant, Ait enim Apostolus Ro. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, Fides igitur firma, & nō hæsitans, in Deum, non in hominem, aut in hominis dignitatem esse debet, Ait enim David Psal. 18. Delicta quis intelligit?

X.

Philippus. Vult Deus sibi hunc honorem tribui, quod uere propter filium suum nos recipiat, respiciat, et audiat preces nostras. Sic uult inuocari, non ut inuocant Xenophon, aut Cicero, seu Academicí, quales nos esse uolunt, qui iubent dubitare.

X.

Cochlaeus. Hunc utiq; Deo honorem nos tribuere oportet, quod sic uetus in promissionibus suis, nobis propter filium suum, aut de filio suo factis, Ideo inuocari debet a nobis firma fide, quod omnes promissiones suas præstare possit sicut credidit Abraham, non consideras emortuum corpus suum, & emortuam uulnus Saræ, Deo sibi filium promittente Ro. 4. atq; etiam uelit, si non sit ex parte nostri obex, aut Impedimentum. Xenophon autem, & Cicero certic; Gentiles, de Christo filio Dei uiui nihil sciuerunt. Aut si de eo audierunt, non tamen crediderunt in eum, Ideo iniquissime contarantur nobis, qui in Christum credimus.

XI.

Philippus. Tenendum est dictum Iohannis, qui non credit Deo, mendacem eum facit, Ergo non credens promissioni Euangelij, non tribuit Deo laudem ueritatis.

XI.

Cochlaeus. Deo in omnibus promissionibus suis, similiter & in comminationibus credendum est, sicut confirmat David Psal. 144. dicens, fidelis Dominus in omnibus uerbis suis. Et Paulus 2. Tim. 2. Ille (inquit) fidelis permanet, & seipsum negare non potest. Improba est igitur calumnia in Catholicos, dicere in eos, quod promis-

sioni

Antitheses Io. Cochlaei.

Foni Euangeli non credant. Non enim essent Christiani nisi crederent Christo promittenti.

XII.

Quoties incipis dicere precationem, quoties invocas Deum, Philippus. um in omnibus negotijs, initio cogita, & propicium esse tibi Deum, & certo audiri tuas preces propter filium Dei. Sicut inquit ipse. Quicquid petieritis in nomine meo &c.

XII.

Non oportet orantem, aut Invocantem initio cogitare, propicium sibi esse Deum. Si enim ante poenitentiam, & ante Invocationem nobis propicius esset, non diceremus. Domine ne in furore tuo arguas. Nec opus esset dicere, Propicius esto, Parce nobis Domine, sed potius diceremus, propicius es, & parcis nobis Domine, Credendum tamen firmiter est illud uerbum Christi. Quicquid petieritis in nomine meo &c. sed sanam huius dicti intelligetiam ab August. à Beda, et ab alijs Ecclesiæ Doctoribus petere debemus, non à nouarum sectarum ducibus.

XIII.

Nisi præluceat haec fides in invocatione, precatio est inanis.

XIII.

Non fuit inanis precatio sacerdotum plorantium inter uestibulum, & altare atque dicentium, Parce Domine, parce populo tuo, licet propheta diceret. Quis scit si conuertatur, & ignoscatur Deus &c. Iohel. 2. Nec item inanis fuit precatio Niniutarum in Ierusalem, sacco & Cinere: licet diceretur eis similiter, Quis scit si conuertatur, & ignoscatur Deus, & reuertatur à furore irae suæ, Ionæ 3. Solus enim Christus secure dixit Ioh. 11. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, hoc est, exaudis. At nemo aliorū sibi hoc arrogare potest priuilegii.

XIV.

In hoc exercitio disces ueram esse propositionem, propter loquendo. Sola fide coram Deo iusti, id est accepti seu reconciliati sumus.

In XXI. Propositiones de fide

XIII.

Cochleus. Hinc discis, non sola fide homines coram Deo iustos, id est, acceptos seu reconciliatos esse. Ait enim Apostolus 1. Cor. 13, si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum. Oportet igitur praeuaricatores reuerti ad cor. Esa. 46. Et conuertere atque agere poenitentiam ab omnibus iniquitatibus suis, & facere sibi cor nouum, & spiritum nouum, atque ita demum reconcilia ti Deo. Ezech. 18.

XV.

Philippus. Et tamen uerissima est propositio, Reconciliatum necesse est habere inchoatam obedientiam spiritualem, & iustitiam bonae conscientiae.

XV.

Cochleus. Oportet quidem reconciliatum Deo, bene deinceps agere, sed ut reconcilietur peccator Deo, non sufficit sola fides, sed oportet ueniam a Deo precari, & pro delictis poenitentiam agere, sicut scriptum est 2. Machab. 1. Exaudiatur orationes uestras Dominus, et reconcilietur uobis, & Ro. 2. Ignoras, quoniam benignitas Dei te ad poenitentiam adducit, secundum autem duritiam tuam, & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae &c. Nusquam autem scriptum habetur quod sola fide reconciliemur Deo.

XVI.

Philippus. Amissa iustitia bona conscientiae, excutitur fides, & amittitur gratia, iuxta illud. Summa maledicti dilectio ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta.

XVI.

Cochleus. Fides non semper amittitur, amissa iustitia bona conscientiae. Nisi enim peccator haberet fidem, & spem de remissione peccatorum per sacramentum poenitentiae, non ageret poenitentiam, sed desperarer potius, sicut fecit Iudas Iscarioth, & impie diceret, sicut Cain dixit Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quod ut ueniā merear. Poteſt igitur remanere fides, amissa per peccatum iustitia bona conscientiae.

XVII.

Philippus. Vera est propositio, & in quarto modo dicendi per se. Sola voluntate uolunus, etiam si uoluntas nunquam est sola, sed semper

Antithesis Io. Cochlearis

8

Per cum intellectu coniuncta. Ita uera est propositio. Sola fide sumus iusti, id est, accepti, etiam si fides nunquam est Sola.

XVII.

Etsi sola uoluntate uolumus, non tamen hinc sequitur, nos solum Cochlearis, la fide iustos esse, Bene quidem sequitur quod sola fide credamus formaliter, sicut sola uoluntate uolumus. Sed sicut non sola uoluntate, ita nec sola fide iustificamur, sed ultra uoluntatem, & fidem requiruntur etiam opera poenitentiae, & gratia sacramentorum.

XVIII.

Nec tamen de uerbis litigamus. Rem retinere cupimus, Philippus, ut intelligent bonae mentes se habere condonationem, & placere Deo propter filium ipsius, fide, non propter legem, seu propriam uitutum dignitatem.

XVIII.

Admittimus quidem, fide nos reconciliari Deo, sed non sola fide Cochlearis. de, Nam sicut sine fide, ita & sine charitate Deo placere non possumus. Et arbor que fructum non parit, excidetur, & in ignem mittetur, Math. 7.

XIX.

Nec dubium est, hunc esse consensum Propheticae, & Philippus. Apostolicae scripturae. Sicut & Petrus in actis affirmat.

XIX.

Neque prophetarum, aut Apostolorum ullus, neque in actis Petrus Cochlearis. prædicat, nos sola fide iustificari, exclusis spe charitatis, & bonis operibus atque Sacramentorum gratia, & applicatione, sicut prædicanter nunc plurimi, qui errant, & in errorem male credulos mitunt, quos a bonis operibus solius fidei prædicatione auocant.

XX.

Ideo detestanda est aduersiorum rabies, & pertinacia, Philippus. qui damnant has sententias de fide, ac insuper iubent dubitare, & uocabulum fidei deprauant, quo non aliud intelligunt, nisi professionem hystoriae de Christo.

XX.

Sententia

In XXI. Propositiones de fide

Cochlearius.

Sententia hæc, quod sola fides iustificet, damnata est iam olim à S. Iacobo atq; etiam à S. Petro, uti affirmat S. Aug. Recte igitur, & à Ro. Pont. & à Ro. Imperatore his temporibus damnatur, tum quia secundum se falsa est, tum quia populum scandalizat, & à bonis operibus auertit.

XXI.

Philippus.

Non est Synecdoche cum dicitur fide iustificamur, sed proprie sic dicitur, et fides significat fiduciam misericordiae promissæ propter filium Dei. Hæc fides intuetur promissionem. Sicut Paulus Ro. iiiij. docuit.

XXI.

Cochlearius.

Non opus est fingere Synecdochæ, quando dicitur nos fide iustificari. Id enim nemo impugnat, Id unum rejicitur, nos sola fide iustificari. Licit enim fides intueatur promissionem, Nulla tamen promissio dicit, nos sola fide iustificari. Nec significat fides proprie fiduciam. Tum quia fiducia ad spem pertinet, fides autem, & spes sunt virtutes distinctæ 1. Cor. 13. Tum Quia Paulus inter fidem, & fiduciam discernit expressis verbis 1. Tim. 3. Vbi ait. Qui bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.

Compendium

COMPENDIUM⁹

SUMMA RIVM SEPTEM

Viarum, Præparatoriarum, ad ueram ac Statu-
bilem concordiam infide, & Religio-
ne per colloquium asse-
quendam.

SUMMA PRIMÆ AD concordiam Viæ.



T quatuor Ciuitates, quæ Cœl. Maiestati Duæ diuersæ exhibuerunt Augustæ specialem fidei suę sę Confessio Confessionem, Principum Confessioni in nes.
quibusdam contrariam, declarent se ante congressum, an suam reſciant, & principum Confessioni per omnia adhæreant,
nec ne. Atq; ut earum Concionatores, qui contra Lutherū Marpurgi disputarunt, & publice scriplerunt atq; prædicaverunt, reuocent suas opiniones. In quibus Luthero contraria fuerunt, si nunc cum illo sentiunt uere, Nam & Lutherus idipsum ab eis, tanquam necessarium, petijt Anno 1536.

Inter hos
Bucerus qd;
unius fuit.

SUMMA VIÆ II.

Vt Confessionis protestantium Defensores, ante Collo- Lutheri &
quiū in eundem, reuocent sua scripta, quæcunq; Confes- Philippi scri-
sionis contraria uidetur, quia cōtraria simul stare non pos- pta quædā,
sunt, contraria.

Compendium Summarium septem Viarum.

sunt. Exempla referuntur ex Lutheri, & Melanchthonis libris contra Tres primos Confessionis articulos, In primo namque Nicenam synodum approbat Confessio, Illi eam resprobant, Lutherus de Homousio, Philippus de poenitentie satisfactionib. In secundo de peccato Originali, Quod Confessio dicit uere peccatum in ihs qui non renascitur per baptismum Lutherus in baptizatis quoque uere peccatum esse asserit, et in pueris post baptismum remanere, Philippus tollit differentiam inter Originale, & Actuale peccatum.

In tertio articulo ait Confessio, In Christo esse duas naturas, diuinam & humanam, in unitate Personæ inseparabiliter coniunctas, Illi eas separant. Lutherus in Eucharistia, quam dicit tutius non adorari quam adorari, Philippus in cruce, sic enim ait, In Christo igitur subtrahente se diuinitate non flagrauit Charitas. Item, Apostolus facit, & patris, & Christi mentionem, ut significet, non tam Christum esse deum quam per Christum omnia donari.

SUMMA VIÆ III.

Complures alij sunt articuli, extra confessionem, à nobis discordanter. **V**T de multis alijs articulis Lutheranæ doctrinæ, qui in confessione non habentur, priusq; ad colloquium confideatur, interrogentur protestantes, utrum eos pro reuocatis, & damnatis haberi uelint, qui plerumque magis contrarij nobis atque intolerabiles sunt q; n; articuli 28. qui continentur in confessione, sunt præterea multo plures, non solum diuersorum Suermerorum, sed etiam ipsius Lutheri, unde exempli gratia recitat sex, quos posuit contra R.o. Imperium & secularem potestatem, Sex contra sacramenta, & sex cōtra Ceremonias Ecclesiæ, frustra igit fieret cōcordia super cōfessionis articulis, si permaneret in reliquis discordia.

Summa

SVMMÆ VIÆ III.

VT absq; noua per scripturas , & rationes disputatione Dogmata pro damnatis habeantur omnes articuli , quicunq; in qnædam in confessione , & Apologia consonant ijs articulis , qui ab Ec antiquis hæ clesia iam olim damnati reperiuntur in antiquis hæreticis , nata. reticis dama Sicut & protestantes ipsi in sua confessione mox in primo articulo suo dominant , & recte quidem , antiquos hereticos , qui de Trinitate non recte senserunt . Verbi gratia , Manicheos , Valentianos , Arianos &c. Recitantur itaq; propo sitiones Tres ex Confessione , quæ iam olim in alijs hæreticis damnatae fuerunt . Ideo non est nunc opus noua contra eas disputatione .

SVMMÆ VIÆ V. AD concordandum.

VT pars aduersa ratam habeat concordiam in ijs arti^z Vt articuli culis , qui Augustæ per colloquium inter septem , & Septem personas habitum , concordati fuerunt . Sic enim possent alij quoq; articuli facilius citiusq; ad concordiam redigi , fuerunt autem ibi plene concordati XVI. Articuli Confessionis , Cunq; in totum non sint nisi XXVIII. Articuli , restarent tantum XII. de quibus plene concor dandum esset . Nam & in ijs multa dicta ad concordiam redacta fuerunt . Verbi gratia , Circa XII. articulum con cesserunt Tres esse partes poenitentia^z , Contritionem Confessionem , & satisfactionem . Discordia autem remansit cir ca satisfactionem in hoc solum , quod negabant eam esse

cc ii necessas

Compendium Sammarium septem Viarum.

necessariam quo ad remissionem poenæ peccati. Et circa Art. XXI. admirerunt, quod Angeli, & sancti in cœlo pro nobis intercedunt, & orant, quodq[ue] Ecclesia eorum com memoraciones, & festa recte celebret &c. Item circa Art. XXII. suo scripto declararunt, quod non damnent eos qui sub una tantum specie communicarunt, aut hodie adhuc communicant, Neq[ue] existimant eos peccare qui sub una tantum specie communicant. Si ergo non libenter permanent in discordia, ratificant prius concordata, aut redat causam, quare ea nolint ratificare. Honestum est enim ut quod semel placuit, firmum constanter habeatur.

SVMMATVIAE VI. DE Tripli Exemplarium Variatione.

Triplex in
Confessionis
exemplari-
bus discor-
dia.

VT antequam consideatur ad colloquium, Aduersarij reddant causas, quare tripliciter uariauerint exemplaria Confessionis suæ. In plerisque enim articulis aliter habet Exemplar Originale, quod Cæs. Maiestati exhibitum fuit Augustæ, aliter exemplar anno 31. excusum, Aliter itē Exemplar nouissime anno 40. excusum Vuittenbergæ, Declaratur hoc circa Tres articulos, scilicet De peccato originali, De Baptismo, & de Eucharistia. Verbi gratia. Primum de Eucharistia sic ait, de cœna domini sic docetur, quod uerum corpus, & sanguis Christi, ueraciter sub specie panis, & Vini in cœna præsens sit. Secundum uero sic. De cœna domini docent, quod cum pane, & Vino uere exhibeantur corpus, & sanguis Christi. Ecce in primo dicitur, sub specie panis & uini. In secundo de hoc tacetur, In tertio dicitur, Cum pane et Vino. Quomodo poterit igitur uera

Compendium Summarium septem Viarum. 11.

teria et constans eoncordia constitui, ubi sic discordant ex-
emplaria, super quibus colloquendum est?

SUMMA VIÆ VII. QVI.

*bus utendum sit in colloquio armis
spiritualibus.*


VT æqualia, & certa utriq; parti arma spiritualia, quiæ Aequalia ar-
bus in colloquio utantur, a presidentibus præscriban-
tur, Cumq; protestantes in sua Confessione, & Apologia ma utriq;
non solum sacram scripturam, verum etiam Canones Con-
ciliariorum, & sanctorum patrum dicta nobis obiecerint, ut
nobis similiter liceat, ipsis talia uicissim obijcere, Quando-
quidem Lutherus primus, & præcipuus huius discordiaæ
author, Varias super ihs protulit sententias, Aliquando enim
ihs omnibus plurimum tribuit authoritatis, Aliquando au-
tem omnem eis abrogat authoritatem, Etenim contra sche-
dam Episcopi Misnensis scribens ait, Impium ac blasphem-
atum esse, Conciliorum authoritatæ ac potestati detrahere.
Et in resolutiōibus suis ait sic, Authoritati Papali in omni-
bus cum reverentia cedendum est. Alibi autem longe alii
ter scripsit ac prædicauit. Nam & sacrī literis alicubi pa-
rum detulit. Ita enim dixit in quoddam sermone. Moses ni-
hil ad nos pertinet.

Ego Mosen non accipio, Et X. præcepta ad nos non per-
tinent, Non enim nos sed solos Iudæos ex Aegypto edus-
xit, Nullus ergo apex in Mose ad nos pertinet. De Euan-
gelijs quoq; uarie censuit. Repudiauit enim eam opinio-
nem, quod Quatuor duntaxat sint Euangelia, et Quatuor
cc iiij Euangelistæ.

Compendium Summarium septem Viarum.

Euangelista. Præcepit quoq; ne quis ex Euangeliō librū legis, aut doctrinā faciat, sicut hactenus factum est, De Cōcilij deniq; & de sanctorum patrum dictis itidem absurđam plerumq; protulit sententiam, Dixit enim alicubi, quod hoc Euangeliū, Attendite a falsis prophetis, funditus euertat Papatum, & omnia Concilia. Publicauit insu per 30. Propositiones contra Conciliorum autoritatem.

Nihil igitur certi per colloquium statui poterit, nisi
certa prius decernantur arma spiritualia,
quibus utraq pars ex æ
quo utatur.



OCN 8939584